



H. DE BONVOULOIR.

1-18

PROPERTY OF  
Z. P. METCALF



LIBRARY OF

Dr. Z. P. Metcalf

1885-1956





IOH. CHRIST. FABRICII

HISTOR. NAT. OECON. ET CAMERAL.

PROF. CHILONIENS. ACAD. HAF-

NIENS. NORWEG. ET BE-

ROLINENS. SOC.

GENERA  
INSECTORVM

EORVMQVE

CHARACTERES NATVRALES  
SECVNDVM

NUMERVM, FIGVRAM,

SITVM ET PROPORCIONEM

OMNIVM PARTIVM ORIS

ADIECTA

MANTISSA SPECIERVM

NVPER DETECTARVM.

---

CHILONII

LITTERIS MICH. FRIEDR. BARTSCHII.

**I**gnorato genere proprio, nulla descri-  
ptio, quamvis accurate tradita, certum  
demonstrat, sed plerumque fallit.

Caesalpin.

PRINCIPI SERENISSIMO

# FRIDERICO

REGIO DANIAE NORWEGIAE HEREDI,

REGIS OPTIMI OPTIMO FRATRI,

SALVTIS PVBLICAE, RELIGIONIS,

ARTIVM

SCIENTIARVMQVE FAVTORI

ATQVE STATORI.

D. D. D.

KILIAE

CVLTOR DEVOTISSIMVS

I. C. FABRICIVS.

BRITISH ARCHIVES

# FRIEDERICH

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES

BRITISH ARCHIVES



## PROLEGOMENA.

**S***ystema* primum historiae naturalis continet fundamentum & hoc sublato tota ruit specierum notitia, numero ipso naturalium oppressa. Me non fugit multos huius saeculi scriptores *systema* spernere leuioris scientiae amatores, at soliditatem & certitudinem omnino amittunt. Impossibile sane erit tantum specierum numerum, tot figuras, tot descriptiones specificas, quae in dies augentur, in memoriam reuocare, nisi in ordinem redigantur. Mammalia quidem maiora, pauciora facilius distinguuntur, at plantae & insecta fere innumera, ipso *systemate* adiuuante, difficilius rite determinantur & absque *systemate* confusum omnino chaos praebent. Omnes ideo historiae natu-



ralis heroes, omnes scientiae felices cultores systemate quodam insisterunt, reliqui vero empirici observationibus vagis a systematicis redigendis scientiam augent.

*Systemata* entomologiae pauciora numerantur, at plura adhuc desiderantur. Quo plura enim elaborantur, eo maiorem soliditatem & certitudinem attingit scientia. Sequens systematicus antecedentis humeris insistens altius circumspicit.

*Characteres generum* systematis continent essentiam & scientiae soliditatem praebent. In his ideo construendis summa adhibenda diligentia, ne characteribus hisce vacillantibus accumulatis totum tandem ruat systema.

*Characteres generum* notas communes distinctarum specierum sistunt & a partibus distinctis, determinatis desumendi. Quo constantiores sunt hae partes ad distinctionem generum assumptae, eo maiorem certitudinem & praestantiam habebit systema. In his antecessores omnes aberrant. Ante summum a Linné vix vllum  
genus





genus fixum rite determinatum inuenimus, vt illi merito inuentionis gloriam circa genera concedere debeamus. At immortalis ipse a Linné, qui in generibus plantarum coadendis regulas tam arcte confrixit, qui characteres generum a solo flore defumendos tam strenue affeueravit in Entomologia eosdem characteres vndequaue collegit. Antennae, pedes, Thorax, omnes animalculi partes hic in considerationem veniunt, omnes characteres praebent generieos. Quae quaeſo ſystema plantarum, ſi mox a radice, mox a caule, mox a foliis aut flore characteres generum defumerentur. Eadem Entomologiae eſt ratio. Inde oriuntur tot confuſiones, tot contradictiones characteris ſpecifici cum generico, quae nunquam euitantur, niſi ab omni fere ſpecie proprium conderetur genus. Perſpexit perbene ſummus vir hunc ſystematis defectum, ideoque rarius noua genera condidit & magis habitui quam characteri condidit.

Omnes Linnaei ſucceſſores fundamentum ſystematis vacillans haud rite cogno-



scientes magis systemati adhaeserunt, genera multa partibus variis distincta introduxerunt, quo ipso determinatio difficilior & denominatio incertior.

Nouissimi ideo entomologi ad figuras refugiunt, systema relinquunt, spernunt & solis figuris praestantissimis insecta determinare student. Gratissimam scientiam hoc ipso in libri memorialis formam, memoria tantum retinendam, redigunt. Omnes hos libros euoluere, omnes figuras examinare ad denominationem vnus cuiusque insecti necesse est & tamen determinatio ob varietates, quae nunquam figuris ex primi possunt, saepius incerta euadit. Dolent hanc scientiae incertitudinem omnes historiae naturalis amatores. Nomina enim si pereunt, perit & cognitio rerum.

Nouam tentavi viam & instrumenta cibaria ad determinanda genera introduxi Praestant ob vsum, quem praebent. Praestant ob numerum & certitudinem characterum, quos offerunt. Praestant denique ob affinitatem cum characteribus reliquorum







spiralem conuolutam. 8. Rostri vaginam eiusque articulos. 9. Rostri setas, 10. Haustelli vaginam eiusque valuulas. 11. Haustelli setas. 12. Proboscidis stipitem. 13. Proboscidis capitulum bilabiatum. Omnes hae partes numero, figura, proportione, situ, differunt & characteres generum constantes praebent omnino sufficientes.

In paucis generibus a quibusdam partibus oris characteres desumerunt Linné, Scopoli, vti in Antliatorum classe, quare non in omnibus & ab omnibus, quum genera & in eorum systematibus a partibus oris determinata reliquis multo sunt certiora, multo sunt naturaliora.

*Antennas*, quibus antecessores omnes tanti faciunt, semper generum characteribus apposui. Minus tamen ad distinguenda genera valent, quam plerique estimant. Characteres praebent pauciores, saepius inconstantes, incertos. In eadem specie interdum differunt & quibusdam generibus antennae omnino desunt. Ad ordines classium determinandos magis  
valere



valere videntur quam ad generum determinationem.

*Metamorphosis* insectorum triplex in construendis generibus semper consulenda. Nunquam quidem characterem proprium generum intrabit, attamen ad genera naturaliora viam monstrat. Insecta, quae metamorphosi differunt, nunquam idem genus & forte ne eundem quidem classem intrabunt. Vnicum tantum exemplum Pulicis in contrarium habemus, attamen forte, si plura insecta Pulici coniungenda detegerentur, propriam classem constituerent.

*Larvae & Puppae* structura nimis a se inuicem differentes itidem vix vnquam sub eodem genere militabunt. Idem est animal aetate tantum & forma mutatum & differens iuuentus differentem senectutem indicare videtur. Iure ideo Hydrophilum a Dytiscis aut Aeshnam & Agrion a Libellulis separavi. Differunt character, differunt & structura laruae & puppae. Metamorphosi tamen & structura laruae & puppae magis adhaerere quam character  
absur-



absurdum foret, quo ipso primum systematis rueret fundamentum.

*Habitus* Insectorum in construendis generibus occulte observandus. Raro hic aberrabimus & rarissime insecta habitu nimis a se inuicem differentia, idem genus intrabunt. Genera naturalia sunt & talis differentiam miscela semper generum & systematis defectum monstrat. *Habitus* tamen loco characteris nunquam assumendus & species characterem secundum assumpta systematis principia differentes nullo modo sub eodem genere collocandae. Vacillat alias systema & tandem totum ruit aedificium proprio pondere generum incertorum oppressum. Summus historiae naturalis princeps ipse a Linné hic paululum imegisse mihi videtur in reliquis omnibus excellens. Naturae nimis adhaerens systematis filum ariadneum saepius amisit, unde genera vacillant & differentiae specificae characterem generico saepius contradicunt.

Icones nullas ad didi. Ad genera determinanda nullo modo valent. Multas saepe





saepe species continent genera, quas omnes character genericus comprehendit. Characterem vero hunc icone exprimere omnino impossibile, quum plures saepe species eiusdem generis in quibusdam partibus oris a se inuicem differunt, quamuis characterem generico conueniunt. Omnes hasce differentias eodem icone exprimere haud valenus. Confusionem ideo praeberent omnes icones ad generum determinationem confectas, quum semper quibusdam speciebus dissimiles essent.

*Character genericus* secundum a Linné principia triplex inuenitur; essentialis nempe, artificialis & naturalis.

*Essentialis character* nota vnica, propria genus a reliquis omnibus distinctum tradit. Character hic omnium optimus commendat se breuitate, certitudine & hoc dato genera facillime determinantur. Exempla huius characteris Systema nostrum Entomologiae praebet vti in Melontha, Lucano, Onisco, Scorpione, Oestro aliisque; at in omnibus generibus chara-



characterem obtinere essentialem vix ac ne vix quidem possibile erit.

*Artificialis character* essentiali substituitur, vsque dum hic eruitur. Distinguit genus vnica nota aut pluribus a reliquis generibus sub eodem ordine militantibus. Nouo ideo detecto genere saepius mutandus, vt etiam ab hoc genere distinguat. Charactere essentiali semper inferior, at tamen vbi hic haud inuenitur, ille semper succedaneus adhibendus.

*Naturalis character* generum, quem hic trado, praebet notas omnes in instrumentis cibariis omnibus speciebus eiusdem generis communes. Describit numerum, figuram, proportionem & situm omnium partium oris, quibus omnes species sub eodem genere militantes conueniunt. Offert ideo hic character plurimas generis notas, continet characterem essentialem & artificialem & rite elaboratus certitudinem & soliditatem systematis & scientiae efficit. Omnibus methodis adhuc conficiendis applicabilis erit, si modo

do



do iisdem instrumentis cibariis superstruuntur.

*Nomina generica* antecessorum sancte semper seruari. Verba valent praetio determinato & characteres essentiam, nomina tantum sonum generis continent. Confusionem praebet semper talis nominum mutatio & nomine indeterminato, vago, vti pleraque sunt, aliud nomen vagum substituere superuacaneum foret. Omne vero nomen genericum caractere proprio essentiali distinguere hic labor, hoc opus. Plura vbi nomina eodem genere imposita sunt, optimum vetustissimum retinendum.

Auctorum descriptiones, figuras nunquam ad generum determinationem adhibere valui. Omnes oris partes plane omiserunt, ideoque quamuis figurae accurate traditae, tamen ad genera determinanda nullo modo valent.

Species insectorum in Systemate Entomologiae Flensburgi 1775 dedi. Mantissam tantum specierum nuper detectarum



rum hic addidi. Communicatae sunt no-  
uae hae species partim a fautoribus, ami-  
cis Anglis & Germanis, partim a commi-  
litionibus Chiloniensibus amicissimis, qui-  
bus omnibus me obstrictissimum fateor.

Rationem & leges systematis nostrae,  
si fata velint, in philosophia entomologi-  
ca dabo. Kiliae die xxvi Decem. 1776.







## Classi I.

## ELEVTERATA.

**O**s maxillis palpisque.

*Palpi* articulati, cornei sæpius quatuor: anterioribus adhaerentibus maxillæ dorso, posterioribus labio.

*Interdum sex*, anticis duobus brevioribus maxillæ incumbentibus, cum intermediis maxillæ dorso insertis, posticis labio.

*Clypeus* horizontalis, corneus, rotundatus, os superne regens.

*Mandibulae* duae transuersales, corneae, mobiles latera oris superne includentes.

*Maxillae* duae, liberae, transuersales, sæpius membranaceae, compressae, latera oris inferne includentes.

*Labium* porrectum, liberum, mox corneum, mox membranaceum, os inferne claudens.

*Antennae* inter oculos insertae.



GENERA Classis I.

- |                  |                 |
|------------------|-----------------|
| 1. LVCANVS.      | 24. NITIDVLA.   |
| 2. SCARABAEVS.   | 25. COCCINELLA. |
| 3. TROX.         | 26. CASSIDA.    |
| 4. MELOLONTHA    | 27. ALVRNVS.    |
| 5. TRICHIVS.     | 28. CHRYSOME-   |
| 6. CETONIA.      | LA.             |
| 7. HISTER.       | 29. CRYPTOCE-   |
| 8. APATE.        | PHALVS.         |
| 9. DERMESTES.    | 31. CISTELA.    |
| 10. MELYRIS.     | 32. CRIOCERIS.  |
| 11. BOSTRICHVS.  | 33. EROTYLVS.   |
| 12. BYRRHVS.     | 34. LAGRIA.     |
| 13. ANTHRENVS.   | 35. ZYGIA.      |
| 14. ANOBIVM.     | 36. ZONITIS.    |
| 15. PTINVS.      | 37. APALVS.     |
| 16. BRVCHVS.     | 38. CVRCVLIO.   |
| 17. ELOPHORVS.   | 39. ATTELABVS.  |
| 18. SPHAERIDIVM. | 40. CLERVS.     |
| 19. TRITOMA.     | 41. NOTOXVS.    |
| 19. * IPS.       | 42. SPONDYLIS.  |
| 20. HISPA.       | 43. PRIONVS.    |
| 21. NICROPHO-    | 44. CERAMBYX.   |
| RVS.             | 45. LAMIA.      |
| 22. SILPHA.      | 46. STENOCORVS. |
| 23. OPATRVM.     | 47. CALOPVS.    |
|                  | 48. RHA-        |



- |                       |                 |
|-----------------------|-----------------|
| 48. RHAGIVM.          | 66. GYRINVS.    |
| 49. SAPERDA.          | 67. CARABVS.    |
| 50. CALLIDIVM.        | 68. SCARITES.   |
| 51. DONACIA.          | 69. SEPIDIVM.   |
| 52. LEPTVRA.          | 70. PIMELIA.    |
| 53. LAMPYRIS.         | 71. SCAVRVS.    |
| 54. PYROCHROA.        | 72. BLAPS.      |
| 55. LYMEXYLON.        | 73. TENEBRIO.   |
| 56. CVCVIVS.          | 74. HELOPS.     |
| 57. CANTHARIS.        | 75. ERODIVS.    |
| 58. MALACHIVS.        | 76. MELOE.      |
| 59. NECYDALIS.        | 77. LYTTA.      |
| 60. ELATER.           | 78. MYLABRIS.   |
| 61. BVPRESTIS.        | 79. CEROCOMA.   |
| 62. CICINDELA.        | 80. MORDELLA.   |
| 63. ELAPHRVS.         | 81. STAPHYLINVS |
| 64. HYDROPHI-<br>LVS. | 82. OXYPORVS.   |
| 65. DYTISCVS.         | 83. PAEDERVS.   |



I. LVCANVS Linné; Platycerus  
Geoffroy.

*Os* maxillis palpisque quatuor.

*Palpi* inaequales, filiformes articulis obconicis: secundo longiore.

*anteriores* longiores, adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* sub labio absconditi, adnati penicillis duobus, elongatis, sub filiformibus, basi connatis, ad basin labii insertis.

*Mandibula* porrecta, cornea, arcuata, dentata.

*Maxilla* porrecta, membranacea, tota festosa, medio unidentata.

*Labium* porrectum, coriaceum, apice rotundatum, emarginatum, palpos posteriores tegens.

*Antennae* undecim articolatae: articulo secundo longissimo, ultimis quatuor porrecto lamellatis.

*Larva* hexapoda, annulata, nuda abdomine apice vesiculoso, capite corneo.

*Puppa* intra glebam quiescens abdomine spinis duabus caudalibus, rigidis, articulatis, mobilibus.

*Vitus* larvae e ligno putrescente, acidulo, imaginis e foliis arborum.

*Obs.* Mandibulae maris in quibusdam speciebus longissimae, corniformes.



## 2. SCARABAEVS Linné Geoffroy.

Copris Geoff.

*O*s maxillis palpis que quatuor.*Palpi* subaequales, filiformes.*Anteriores* vix longiores, quadriarticulati articulo primo breuissimo adhaerentes maxillae dorso.*posteriores* triarticulati articulis aequalibus labii apicibus prominentibus inserti.*Mandibula* porrecta, cornea, arcuata, infermis, apice obtusa.*Maxilla* elongata, membranacea, ad insertionem palporum videntata.*Labium* porrectum, corneum, subcylindricum, apice emarginatum.*Antennae* clauatae, lamellatae, articulis vndecim: vltimis tribus lamellis porrectis obtusis.*Larua* hexapoda, annulata, pilosa, abdomine subtus vesiculoso, capite corneo.*Puppa* intra glebam quiescens, abdomine vesiculoso, ecaudato.*Victus* laruae & imaginis e stercore animalium.*Obs.* I. Mandibula Scarab. Thyphoei apice tridentata.

2. Maxilla in quibusdam speciebus apice dilatata, rotundata.

3. *Copris* Geoffroy tantum defectu scutelli differt.

4. Antennae rarius lamellis septem.





3. TROX. *Scarabaeus* Linné.

*Os* maxillis palpisque quatuor.

*Palpi* inaequales, capitati.

*anteriores* longiores, quadriarticulati, articulis aequalibus; ultimo oblongo crassiori adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo oblongo, crassiori labii apici inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, crassa, obtusa, edentula.

*Maxilla* cylindrica, membranacea, recta, bifida: laciniis subaequalibus acutiusculis, setosis.

*Labium* porrectum, corneum, rotundatum, apice membranaceum, emarginatum.

*Antennae* breves: articulo primo crassiori, piloso, ultimis tribus ovatis, lamellatis.

*Metamorphosis & Victus* ignotae.



4. MELOLONTHA. Scarabaeus  
Linné. Geoffr.

Os maxillis palpisque quatuor.

*Palpi* inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati:  
articulo primo tertioque breuissimis,  
quarto longiori oblongo adhaerentes  
maxillae dorso.

*posteriores* breues, triarticulati: articulis  
subaequalibus labii parieti interiori  
inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, apice  
compressa, acutiuscula, vix dentata.

*Maxilla* cornea, brevis, rigida, subarcua-  
ta, apice obtusa, multidentata.

*Labium* porrectum, corneum, cordatum,  
apice subemarginatum.

*Antennae* breues cluato lamellatae: arti-  
culo primo globofo, crassiori.

*Larua* hexapoda, annulata, subpilosa, ab-  
domine apice vesiculoso, capite corneo.

*Puppa* quiescens intra glebam, abdomine  
apice acuminato.

*Victus* laruae e plantarum radicibus, ima-  
ginis ex arborum foliis.

*Obs.* I. Melolonthae solstitialis labium magis  
emarginatum quam in reliquis.

2. Antennarum claua in quibusdam la-  
mellas septem gerit.



5. TRICHIVS. Scarabaeus Linné.

O<sub>s</sub> maxillis palpisque quatuor.

*Palpi* aequales, filiformes: articulo ultimo longiori.

*anteriores* quadriarticulati, adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati medio laterali labii inserti.

*Mandibula* cornea, crassa, obtusa, edentula.

*Maxilla* cylindrica usque ad basin bifida: laciniis aequalibus, obtusiusculis apice setosis.

*Labium* cylindricum, elongatum, corneum, emarginatum: apicibus aequalibus, acutiusculis.

*Antennae* clauato-lamellatae: lamellis tribus ovatis, articulo primo crassiori piloso.

*Metamorphosis* ignota.

Imago delectatur floribus imprimis umbellatarum.

Obs. *Trichius fasciatus* labio gaudet hirsuto.





6. CETONIA. Scarabaeus Linn.  
Geoff.

*O*s maxillis palpisque quatuor.

*Palpi* subaequales.

*anteriores* filiformes, triarticulati: articulo ultimo cylindrico adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo longiori, subcrassiori basi internae labii inferti.

*Mandibula* porrecta, cornea, recta, acuta, inermis.

*Maxilla* ad insertionem palporum dilatata, unidentata, fetosa.

*Labium* elongatum, coriaceum, cylindricum, apice fissum, aut emarginatum palpos posteriores fere totos regens.

*Antennae* breves, clauato lamellatae; lamellis tribus ovatis, articulo primo porrecto, crassiori.

*Larua* hexapoda, annulata, pilosa, abdomine apice vesiculoso, capite paruo corneo.

*Puppa* quiescens intra glebam, abdomine apice obtuso.

*Victus* laruae e ligno putrescente, subacidulo, imaginis ex arborum foliis & floribus.



7. HISTER. Linn. Attelabus  
Geoff.

*Os* maxillis palpis que quatuor.

*Palpi* aequales, subfiliformes: articulis oblongis, aequalibus.

*anteriores* quadri articulati: articulo ultimo obtuso, truncato sub apice maxillae inserti.

*posteriores* triarticulati apici labii adherentes.

*Mandibula* porrecta, cornea, arcuata, acuta, unidentata.

*Maxilla* membranacea, subcylindrica, unidentata, apice obtusa.

*Labium* corneum, porrectum, cylindricum, apice membranaceum, rotundatum, integerrimum.

*Antennae* breues, undecim articulati: articulo primo longiori, reliquis subglobosis ultimo clauato, ovato.

*Metamorphosis* & victus latent.



8. APATE. *Dermeftes* Linn. *Ligniperda* Pall.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulo ultimo breuiori, cylindrico, obtuso adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo breuiori, crassiori, obtusissimo labii medio inferti.

*Mandibula* cornea, recta, acuta, basi dentata.

*Maxilla* membranacea, ad insertionem palpi unidentata, apice rotundata.

*Labium* breue, cylindricum, membranaceum, depressum, obtusissimum & fere truncatum, ciliatum, integerrimum.

*Antennae* clauatae: claua articulis tribus distantibus, perfoliatis.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* imaginis e ligno putrescente.



8. DERMESTES. Linn. Geoff.  
Clerus. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati articulo ultimo maiori sub labii apice interiori inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* cylindrica apice rotundata, obtusissima, bifida longitudine palporum anteriorum: laciniis subaequalibus; exterioriore paullo maiore.

*Labium* subcylindricum, corneum, elongatum, obtusum, integerrimum palpos inferiores fere tegens.

*Antennae* articulo primo maiori, crassiori, ultimis tribus clauato perfoliatis.

*Larua* hexapoda, fasciculato pilosa cauda saepius fetosa.

*Puppa* quiescens, immobilis, hispida cauda obtusa.

*Victus* laruae & imaginis e pinguedine, pellibus &c.



## 10. MELYRIS.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis subaequalibus; ultimo ouato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo ouato labii medio laterali inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, incurua, edentula.

*Maxilla* brevis, subcornea, in medio vni dentata, apice acutissima.

*Labium* porrectum, cylindricum, corneum, annulatum, apice membranaceum, clauatum, emarginatum.

*Antennae* secundum totam longitudinem perfoliatae: articulis breuibus, vtrinque pilosis, ultimo ouato, obtuso.

*Metamorphosis* & victus latent.





11. BOSTRICHVS. Geoff. Dermestes.  
Linn. Scolytus Geoff.

Os maxillis palpisque.

Palpi quatuor aequales.

*anteriores* in medio crassiores, triarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii apici inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, crassa, fornicata, acuta, inermis.

*Maxilla* cornea, brevis, crassa, recta, rigida, cylindrica, acutiuscula, integra.

*Labium* porrectum, membranaceum, tenue, cylindricum, integrum.

*Antennae* undecim articulatae: articulo primo paullo longiori, sequentibus brevissimis, rotundatis, ultimis tribus elongatis incrassatis, ovatis ultimo acuto.

*Metamorphosis* mihi haud rite nota.

*Victus* & laruae & imaginis e ligno ramorum emortuorum.

*Obs.* B. Scolytus antennis apice obtusis differt.



## 12. BYRRHVS Linn.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor aequales, subclauati: articulis aequalibus; ultimo subrotundo, crassiori.

*anteriores* quadriarticulati maxillae dorso adhaerentes.

*posteriores* triarticulati labii medio adhaerentes.

*Mandibula* brevis, crassa, cornea, recta, dentata, apice fissa.

*Maxilla* membranacea, bifida: lacinia exterioriore maiore rotundata.

*Labium* membranaceum, porrectum, rotundatum apice bifidum: laciniis aequalibus, conniuentibus.

*Antennae* primo articulo longiori, reliquis breuissimis perfoliatis sensim crassioribus.

*Metamorphosis & Victus* adhuc omnino latent.



13. ANTHRENUS. Geoff. Byrrhus  
Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus, cylindricis adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* cylindrici, breuissimi, obtusi, triarticulati: articulis aequalibus sub labii apice interiori inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* membranacea, linearis, obtusa, bifida: lacinia exteriori sub longiori.

*Labium* breue, corneum, rotundatum, integrum palporum posteriorum basin regens.

*Antennae* cylindrico clauatae: articulis breuissimis, ultimis tribus incrassatis, connatis clauam ouatam, solidam constituentibus.

*Larua* hexapoda, villosa.

*Puppa* immobilis cauda obtusa.

*Victus* laruae e plantis emortuis, imaginis e floribus.

14. ANO-





14. ANOBIVM. Ptinus Linn. Dermestes  
Linn. Byrrhus Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, clauati.

*anteriores* parum longiores, quadriarticulati: articulo secundo longiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis subaequalibus labii apici inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* brevis, cylindrica, crassa, cornea, recta, integra, apice obtusa, dentata.

*Labium* breue, cylindricum, membranaceum apice truncatum, integerrimum.

*Antennae* filiformes: articulis anterioribus orbiculatis, vltimis tribus ouatis basi attenuatis.

*Larua* hexapoda, nuda, mollis capite calloso.

*Puppa* immobilis.

*Victus* laruae e ligno duriori, incorrupto.



15. PTINVS Linn. Bruchus Geoff.  
Buprestis Scop.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus ultimo fetaceo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus adnati labii apici laterali.

*Mandibula* cornea, arcuata, compressa.

*Maxilla* porrecta, membranacea, cylindrica, obtusa, bifida: laciniis cylindricis obtusis, aequalibus.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, ad basin bifidum: laciniis linearibus, cuius apicibus summis palpi posteriores insident.

*Antennae* longiores, filiformes: articulis obconicis; secundo globofo.

*Larua* hexapoda, mollis, glabra.

*Puppa* folliculata, immobilis.

*Vitus* & laruae & imaginis e plantis & animalibus exsiccatis at haud putrescentibus.



## 16. BRVCHVS Linn. Mylabris Geoff.

O<sub>s</sub> maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quinque articulati: articulis aequalibus; ultimo cylindrico adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo globoso labii medio laterali inferti.

*Mandibula* vix arcuata, cornea, inermis.

*Maxilla* porrecta longitudine palporum, membranacea, cylindrica, bifida: laciniis conniuentibus, aequalibus.

*Labium* membranaceum, breue, inter palpos acuminatum, integerrimum.

*Antennae* elongatae, subfiliformes: articulis introrsum apice prominulis.

*Metamorphosis* omnino adhuc latet.

*Victus* imaginis e feminibus plantarum.



17. ELOPHORVS. Silpha Linn.  
Dermestes. Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales.

*anteriores* quadriarticulati: articulo secundo longissimo, ultimo subcrassiori adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati articulo ultimo subcrassiori labii apici inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, cylindrica, adinsertionem palporum unidentata, apice membranacea, setosa aut potius fissa.

*Labium* porrectum, corneum, quadratum, truncatum, integrum.

*Antennae* breues, clauatae: claua solida articulis tribus crassioribus.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* imaginis e foliis plantarum aquaticarum.



## 18. SPHAERIDIVM.

Dermeftes Linn. Geoff. Silpha Linn. Anthribus Geoff.

*Oſ* maxillis palpiſque.

*Palpi* quatuor inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo ſecundo maiori adhaerentes maxillae.

*posteriores* breuiſſimi, triarticulati ſub labii apice inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acutiſſima, inermis.

*Maxilla* porrecta, ſubarcuata, apice membranacea, rotundata, bifida: laciniis ſubaequalibus, obtuſis.

*Labium* elongatum, corneum, quadratum, apice emarginatum, ciliatum.

*Antennae* clauatae: claua perfoliata e articulis tribus incratiſſatis conſtans.

*Metamorphoſis* ignota.

*Viſtus* imaginis e ſtercore animalium.





## 19. TRITOMA. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* multo longiores, securiformes, triarticulati: articulo secundo breuissimo, ultimo claua dilatata, acuminata adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breues, incurui, biarticulati: articulo ultimo subcrassiori, obtuso sub labii apice inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, inermis, apice fissa.

*Maxilla* breuis, membranacea, cylindrica, bifida: laciniis aequalibus, filiformibus.

*Labium* porrectum, cylindricum, basi corneum, apice membranaceum, submarginatum.

*Antennae* clauatae: claua perfoliata articulis tribus crassioribus constans.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* imaginis e fungis imprimis Boletis arborum.



19. \* I P S. Silpha Linn. Dermestes  
Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breuissimi, aequales, filiformes.

*anteriores* triarticulati vix maxillae longiores: articulo ultimo obtuso, truncato adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati, breues: articulo ultimo obtuso, truncato labii medio laterali inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, vix arcuata, inermis.

*Maxilla* brevis, membranacea, bifida: laciniiis subaequalibus, linearibus; inferiore paullo breuiore.

*Labium* breuissimum, corneum, truncatum, emarginatum.

*Antennae* porrectae, clauatae: articulis rotundatis, aequalibus; ultimis tribus crassioribus, perfoliatis.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* imaginis e cadaueribus animalium.

*bs.* Genus affine Sphaeridio.



20. HISP A. Linn. Dermestes Linn.  
Ptinus Linn.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breues, aequales, subfiliformes.

*anteriorcs* quadriarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii basi laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* brevis, cylindrica, membranacea, bifida: laciniis aequalibus, filiformibus.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, apice truncatum, integrum

*Antennae* cylindricae: articulis breuibus basi apiceque planis.

*Larua* hexapoda, nuda.

*Puppa* immobilis, obtusa.

*Victus* Laruae e ligno arborum putrescente

*Obs. I.* Antennae cylindricae, plerisque speciebus pectinatae, in quibusdam simplices, interdum extrorsum crassiores

*Obs. II.* Genus Anobio affine.



## 21. NICROPHORVS.

Silpha Linn. Dermestes Geoff.

*Oſ* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus; vltimo cylindrico adhaerentes maxillae dorſo.

*posteriores* quadriarticulati: articulo primo longiſſimo, vltimo globoſo labii baſi exteriori inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* recta, baſi vnidentata, apice ouata, rotundata, integra longitudine palporum.

*Labium* ſub palpis elongatum, membranaceum, cordatum, apice emarginatum, crenatum.

*Antennae* clauatae: articulo primo longiſſimo, ſequentibus breuibus, penultimis tribus craſſioribus, perfoliatis, tranſverſis, vltimo ouato, acuminato.

*Larua* hexapoda, nuda, capite calloſo.

*Puppa* ſubpilofa, quieſcens, ano ſtylis duobus, incuruiſ.

*Victus* e cadaueribus animalium.



## 22. SILPHA Linn. Peltis Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulo secundo obconico, ultimo cylindrico adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo obovato labii basi exteriori inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, compressa, incurva, obtusa, inermis.

*Maxilla* ad insertionem palporum dente porrecto, corneo, valido, arcuato, acuto armata, apice membranacea, rotundata, ciliata.

*Labium* elongatum, membranaceum, obtusum, fissum.

*Antennae* clauatae; articulo primo paulo longiori, sequentibus brevibus apicibus prominulis, quatuor penultimis crassioribus, perfoliatis, ultimo ovato.

*Larva* hexapoda, nuda, depressa, duriuscula marginibus segmentorum vtrinque prominulis subspinosis.

*Puppa* ovata, nuda, quiescens.

*Victus* & Larvae & Imaginis e animalium cadaueribus.





23. OPATRUM. Silpha. Linn.  
Tenebrio Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, clauati.

*Anteriores* longiores, quadriarticulati :  
articulis aequalibus; ultimo crassiori,  
obtusio, truncato adhaerentes maxillae  
dorso.

*posteriores* triarticulati, extrorsum crassio-  
res labii lateribus inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, iner-  
mis.

*Maxilla* brevis, cylindrica, membrana-  
cea, bifida: laciniis inaequalibus, acutis;  
interiore breuiore.

*Labium* corneum, orbiculatum, porrectum,  
apice membranaceum, submarginatum.

*Antennae* moniliformes, extrorsum crassio-  
res: articulis subaequalibus.

*Metamorphosis & victus & laruae & imaginis*  
ignota.



24. NITIDULA: Silpha Linn.  
Dermestes Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* longitudine palporum cylindrica, apice acuta, integra.

*Labium* elongatum, membranaceum, cylindricum, apice rotundatum, integerimum.

*Antennae* clauatae: articulis breuibus, subaequalibus; ultimo ouato, crassiori.

*Metamorphosis* & victus ignota.



25. COCCINELLA. Linn.  
Geoff.

O<sub>3</sub> maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* paullo longiores, securiformes, triarticulati: claua dilatata acuta adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* filiformes, biarticulati: articulis aequalibus labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cylindrica, obtusa, recta, bifida: laciniis subaequalibus, membranaceis.

*Labium* rectum, porrectum, cylindricum, ad insertionem palporum coarctatum, apice rotundatum, integrum.

*Antennae* clauatae: claua solida, articulo primo longiori, ultimis quatuor incrassatis ultimo subacuminato.

*Larua* hexapoda, subuerrucosa, postice attenuata.

*Puppa* gibbosa, subrotunda, immobilis.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina Aphidum.



## 26. CASSIDA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo secundo longiori, ultimo clavato maxillae dorso adnati.

*posteriores* breuissimi, filiformes: articulis rotundatis, aequalibus labii basi inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* membranacea, cylindrica, obtusa, integerrima.

*Labium* elongatum longitudine palporum posteriorum, cylindricum apice incrassatum, obtusum, integerrimum.

*Antennae* moniliformes, extrorsum crassiores: articulis subaequalibus, ultimo obovato.

*Larua* hexapoda, depressa, subrotunda, bicaudata, lateribus spinoso ciliatis.

*Puppa* brevis, ovata, depressa lateribus spinoso ciliatis, quiescens.

*Victus* & laruae & imaginis e foliis plantarum in primis Carduorum.



## 27. ALURNUS.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* sex, inaequales.

*anteriores* breuissimi, maxillae multo breuiore, biarticulati: articulo secundo rotundato, ciliato adhaerentes maxillae dorso.

*intermedii* longiores, filiformes, quadriarticulati: articulis subaequalibus ad basin anteriorum adnati.

*posteriores* subfiliformes, triarticulati: articulo primo breuissimo, secundo obconico, tertio rotundato parum crassiori sub labii inferioris apice infert.

*Mandibula* crassa, cornea, arcuata, acuta, in medio unidentata.

*Maxilla* porrecta palpis anticis multo longior, cornea, fornicata, apice rotundata, ciliata.

*Labium* corneum, rotundatum, apice acuminatum, integerrimum.

*Antennae* filiformes: articulis cylindricis; secundo longiori, reliquis aequalibus, ultimo acuminato.

*Metamorphosis* & victus ignota.





28. CHRYSOMELA. Linn. Geoff.  
Altica Syft. Ent. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* sex, inaequales.

*anteriores* longitudine maxillae filiformes, biarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*intermedii* longiores: articulo primo breuissimo, secundo longiori, ultimo crassiori, truncato ad basin anteriorum adnati.

*posteriores* triarticulati: articulo secundo longiori, ultimo crassiori, truncato labii medio inserti.

*Mandibula* porrecta, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* brevis, recta, membranacea, conica, acuta, integra.

*Labium* breue, corneum, rotundatum, subcompressum, integerrimum.

*Antennae* moniliformes: articulis vndecim subaequalibus; ultimo ouato.

*Larua* hexapoda, mollis, nuda capite calloso.

*Puppa* brevis, ouata, quiescens.

*Victus* & laruae & imaginis e foliis plantarum.

*Obs.* Altica f. Chrysomelae saltatoriae Linn. certe huius generis.



29. CRYPTOCEPHALVS. Geoff.  
Chrysomela Linn. Melolontha Geoff.  
Buprestis Scop.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor filiformes, aequales.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae, incumbentes.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus apici labii inserti.

*Mandibula* brevis, crassa, cornea, difformis, dentata.

*Maxilla* longitudine palporum, membranacea, filiformis, basi dente elongato, rigido longitudine dimidiae maxillae armata.

*Labium* elongatum, corneum, cylindricum, apice rotundatum, integerrimum.

*Antennae* filiformes articulis vndecim, primo breviori globoso, reliquis obconicis interne ferratis.

*Larua* hexapoda, mollis, nuda.

*Puppa* ovata, immobilis.

*Victus* & laruae & imaginis e foliis plantarum.

*Obs.* Melolontha Geoff. antennis tantum ferratis differt.



31. CISTELA. Geoff. Chrysomela  
Linn. Mordella Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo primo brevissimo, secundo longiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulis brevissimis subaequalibus labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, subintegra.

*Maxilla* porrecta, membranacea, cylindrica ad insertionem palporum vni-dentata, apice obtusa.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum ad insertionem palporum coarctatum, apice bifidum: laciniis aequalibus, linearibus, distantibus.

*Antennae* filiformes: articulis undecim, obconicis apice subprominulis.

*Metamorphosis* ignota.

*Vitus* imaginis e floribus & foliis plantarum.



32. CRIOCERIS. Geoff. Chrysomela  
Linn. Galeruca Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breues, aequales, subfiliformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulo ultimo parum maiori, crassiori apice acuminato adhaerentes maxillae basi.

*posteriores* triarticulati, breues: articulis subaequalibus, ultimo acuminato labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* porrecta, recta, obtusa, bifida: laciniis aequalibus longitudine palporum anteriorum.

*Labium* breuissimum, membranaceum, gibbum, apice rotundatum, integrum.

*Antennae* filiformes, articulis undecim, obconicis, apice aequalibus; secundo maiori.

*Larua* hexapoda, nuda, mollis, punctis eleuatis scabra.

*Puppa* quiescens, ouata, gibba, scabra.

*Victus* & laruae & imaginis e foliis plantarum.



33. EROTYLVS. Chrysomela Linn.  
Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, securiformes, quadriarticulati: articulo tertio brevissimo, ultimo crassiori, oblique truncato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* brevissimi, subclauati, triarticulati: articulo secundo brevissimo, ultimo parum crassiori, truncato inferi labii medio laterali.

*Mandibula* cornea, concaua, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, bifida: lacinia exteriori maiore, clauata, concaua, rotundata.

*Labium* breue, corneum, basi cylindricum, apice dilatatum, truncatum, submarginatum.

*Antennae* filiformes: articulis undecim, subaequalibus.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis incognita.*





34. LAGRIA. Chrysomela Linn.  
Meloe Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* multo longiores, securiformes, quadriarticulati: articulis aequalibus, ultimo dilatato, acuminato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuissimi, extrorsum crassiores, triarticulati: articulo ultimo crassiori, truncato labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, brevis, arcuata, vni-dentata.

*Maxilla* cylindrica, membranacea, bifida: laciniis inaequalibus; exteriore maiore rotundata.

*Labium* breue, rotundatum, membranaceum, integrum.

*Antennae* filiformes: articulis vndecim obconicis; primo clauato, longiori, secundo breuissimo, globoso, ultimo ouato, obtuso.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* laruae ignotus, imaginis e foliis arborum.



## 35. ZYGIA.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo ultimo longiori, setaceo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiiores, triarticulati: articulo primo breuissimo, reliquis cylindricis labii medio anteriori inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, integra.

*Maxilla* recta, membranacea, compressa: basi dente ouato, breui apice ouata rotundata.

*Labium* valde elongatum, membranaceum, cylindricum, ad insertionem palporum parum coarctatum, apice truncatum, vix emarginatum.

*Antennae* moniliformes, extrorsum crassiores: articulis subaequalibus primo paullo crassiori, reliquorumque apicibus prominulis.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis* omnino ignota.



## 36. ZONITIS.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo secundo longissimo, ultimo obtuso adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, triarticulati: articulo secundo longissimo labii medio anteriori inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, compressa, acuta, inermis.

*Maxilla* porrecta longitudine dupla palporum anteriorum, setacea, submembranacea, ciliata, integra.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, apice villosum, emarginatum.

*Antennae* setaeae, elongatae: articulis cylindricis, subaequalibus.

*Metamorphosis* & *Victus* & *laruae* & *imaginis* latent.



## 37. APALVS. Meloe Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis longioribus, obconicis labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* cornea, recta, subcylindrica ad insertionem palporum unidentata, apice obtusa, rotundata.

*Labium* porrectum, submembranaceum, cylindricum, apice truncatum, obtusum, integrum.

*Antennae* filiformes: articulis undecim, obconicis, subaequalibus; ultimo ovato, obtuso.

*Metamorphosis* & *Victus* & *laruae* & *imaginis* adhuc latent.

## 38. CVRCVLIO. Linn. Geoff.

*Os* rostro elongato, corneo maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breuissimi, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus, breuissimis; vltimo acuto adhaerentes maxillae dorso incumbentes.

*posteriores* triarticulati labii apice insidentes.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* brevis, cylindrica, basi videntata, apice acuta longitudine palporum.

*Labium* porrectum, cylindricum, apice rotundatum, membranaceum, integerrimum.

*Antennae* insidentes rostro corneo plerumque clauatae.

*Larua* hexapoda, mollis, annulata, albida capite pedibusque callosis.

*Puppa* immobilis.

*Victus* laruae e seminibus, disco & foliis plantarum, imaginis e foliis.

*Obs.* Antennae differunt & forsitan meliores darent specierum subdiuisiones, quas vero nondum assequi valui.

a. Antennae clauatae: articulis aequalibus.

b. Antennae clauatae: articulo primo longissimo.

c. Antennae moniliformes.





39. ATTELABVS. Linn. Rhinomacer  
Geoff.

*Os* rostro elongato corneo maxillas palpos-  
que continente.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: ar-  
ticulis aequalibus, rotundatis adhae-  
rentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, triarticulati: articu-  
lis rotundatis, aequalibus labii parieti  
interiori inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, subiner-  
mis.

*Maxilla* porrecta, cylindrica, membrana-  
cea, bifida: laciniis aequalibus, acutis.

*Labium* breue, latum, corneum, trunca-  
tum, crenatum palpos inferiores totos  
regens.

*antennae* moniliformes: articulo primo  
longiori, clauato, reliquis aequalibus  
breuissimis, ultimo clauato, obtuso,  
ouato.

*Larua* hexapoda, mollis, annulata.

*Puppa* immobilis, ouata, laeuis.

*Victus* & laruae & imaginis e foliis plan-  
tarum.



## 40. CLERVS. Geoff. Attelabus Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales.

*anteriores* breuiores, filiformes, quadriarticulati: articulo vltimo obconico adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* longiores, clauati: claua dilatata, securiformi, articulis reliquis aequalibus labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, recta ad insertionem palporum videntata apice rotundata.

*Labium* elongatum, membranaceum ad insertionem palporum coarctatum, apice dilatatum, emarginatum.

*antennae* moniliformes: articulo primo crassiori, longiori, reliquis moniliformibus, vltimis tribus annulatis, crassioribus.

*Larua* hexapoda, mollis, annulata.

*Puppa* folliculata, quiescens.

*Victus* laruae e rapina laruarum, imaginis e floribus praesertim vmbellatis.



41. NOTOXVS. Geoff. Attelabus Linn.  
Meloe Linn. Clerus Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, clauati: claua securiformi.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo vltimo securiformi, reliquis aequalibus adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulo vltimo, securiformi labii basi exteriori inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* recta, cylindrica, in medio vni-dentata, apice rotundata, integra.

*Labium* elongatum, cylindricum, membranaceum, rectum, apice bifidum: laciniiis aequalibus, conniuentibus, obtusis.

*Antennae* filiformes: articulis subcylindricis, aequalibus; exterioribus tribus breuioribus subrotundis, vltimo ouato.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* laruae ignotus, imaginis e floribus plantarum vmbellatarum.



42. SPONDYLIS. Attelabus  
Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, subfiliformes.

*anteriores* filiformes, quinque articulati:  
articulis aequalibus adhaerentes  
maxillae dorso.

*posteriores* subclauati, triarticulati: articu-  
lis aequalibus, ultimo subcrassiori la-  
bii basi exteriori inserti.

*Mandibula* porrecta, exserta, forcipata,  
cornea, acuta denticulata.

*Maxilla* brevis, crassa, conica, acuta, re-  
cta, pilosa, integra.

*Labium* porrectum, corneum, bifidum:  
laciniis aequalibus, distantibus, obtusis  
cum mucrone, vel potius cordato  
emarginatum cum mucrone.

*Antennae* moniliformes: articulis subae-  
qualibus apice obtusissimis & fere  
truncatis.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* larvae ignotus, imaginis e fungis  
arborum.



43. PRIONUS. Geoff. Cerambyx  
Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo longiores, quadriarticulati: articulo secundo longissimo, ultimo truncato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulo secundo longissimo, ultimo truncato sublabii apice inserti.

*Mandibula* porrecta, cornea, exserta, arcuata, acuta, apice dentata.

*Maxilla* brevis, cornea, cylindrica, subincrassata, obtusa, integerrima, extrorsum ciliata.

*Labium* brevissimum, membranaceum, rotundatum, integrum.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulo secundo brevissimo, reliquis subaequalibus, obconicis apice prominulis.

*Larva* hexapoda, mollis, annulata.

*Puppa* immobilis.

*Vitus* & larvae & imaginis e ligno putrescente.





## 44. CERAMBYX. Linn. Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis brevibus, ultimo longiori, setaceo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis inaequalibus labii medio exteriori inserti.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* porrecta, membranacea, subarcuata, basi unidentata, apice rotundata, obtusa, integra.

*Labium* porrectum, membranaceum, usque ad insertionem palporum bifidum: laciniis aequalibus, rotundatis.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulis undecim cylindricis.

*Larva* hexapoda, mollis, annulata capite pedibusque callosis.

*Puppa* intra globum quiescens, pone acuminata.

*Victus* & larvae & imaginis e ligno putrescente, acidulo.



45. LAMIA. *Cerambyx* Linn.  
*Cerambyx* Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo longiores, quadriarticulati, articulo ultimo setaceo adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati, articulis aequalibus, ultimo setaceo labii basi interiori inferti.

*Mandibula* cornea, fornicata, acuta, edentula.

*Maxilla* brevis, cornea, recta, bifida: lacinis inaequalibus; exteriore longiore, tenuiore, acuta, interiori crassiori, obtusa.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulis cylindricis; primo parum crassiori, ultimo subacuto.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* & laruae & imaginis e ligno arborum putrescente, acidulo.



46. STENOCORUS. Geoff.  
Cerambyx Linn.

Os maxillis palpisque quatuor.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, subfiliformes, quadriarticulati: articulo secundo quartoque longioribus maxillae adhaerentes.

*posteriores* clauati, triarticulati: articulo ultimo claua obtusa, truncata labii basi exteriori inferri.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* recta, porrecta, cylindrica in medio unidentata, apice obtusa, rotundata.

*Labium* membranaceum, elongatum saepe longitudine fere palporum posteriorum, rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus, distantibus, rotundatis, integris.

*Antennae* elongatae, setaceae, articulis cylindricis, subaequalibus; primo incrassato.

*Metamorphosis* ignota.

*Vitus* laruae ignotus, imaginis e floribus plantarum.



## 47. CALOPVS. Cerambyx. Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, clauati, quadriarticulati: articulo secundo longiori, ultimo crassiori, truncato adhaerentes maxillae.

*posteriores* filiformes, triarticulati: articulis aequalibus labii basi exteriori inserti.

*Mandibula* breuis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* porrecta, subarcuata, bifida: laciniis obtusis; exteriore sublongiore, tenuiore.

*Labium* porrectum, membranaceum, ad medium bifidum: laciniis aequalibus, rotundatis, distantibus.

*Antennae* filiformes: articulis compressis apice altero latere prominulis; primo crassiori, clauato.

*Metamorphosis* adhuc omnino later.

*Vitus* & laruae & imaginis ignotus.



48. RHAGIVM. Cerambyx. Linn.  
Stenocorus Geoff.

*O* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, capitati.

*anteriores* longiores, quadriarticulati:  
articulis aequalibus, ultimo capita-  
to, truncato adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo  
clauato, truncato labii basi inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta,  
inermis.

*Maxilla* membranacea, obtusa, adinser-  
tionem palporum videntata.

*Labium* breue, membranaceum, bifidum:  
laciniis aequalibus, distantibus, rotun-  
datis.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulis cy-  
lindricis; primo crassiori clauato, vl-  
timo setaceo.

*Larua* hexapoda, annulata, subpilosa.

*Puppa* intra globum quiescens.

*Vitus* & laruae & imaginis e truncis arbo-  
rum putrescentibus.





49. SAPERDA. *Cerambyx* Linn.  
*Leptura* Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis rotundatis; secundo quartoque longioribus adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulis subaequalibus, labii medio exteriori inferti.

*Mandibula* arcuata, cornea, acuta, edentula.

*Maxilla* membranacea, cylindrica, bifida: laciniis inaequalibus; exteriore paulo breviori crassiore.

*Labium* membranaceum, adinsertionem palporum paulo coarctatum, apice rotundatum, dilatatum, truncatum.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulis cylindricis; primo clauato, crassiore.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* larvae e trunco putrescente arborum, imaginis e foliis.



50. CALLIDIVM. Cerambyx. Linn.  
Leptura Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, clauati: articulo  
ultimo crassiori, truncato.

*anteriores* quadriarticulati: articulis sub-  
moniliformibus adhaerentes maxil-  
lae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis ultimo  
excepto aequalibus, labii basi exte-  
riori inferri.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acu-  
ta, subdenticulata.

*Maxilla* cylindrica, membranacea; recta,  
apice ouata, acuta, bifida: laciniis ob-  
lique truncatis, subaequalibus; exteriore  
paullo maiore.

*Labium* porrectum, membranaceum, bifi-  
dum: laciniis aequalibus, tenuissimis,  
acutis, distantibus.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulis cy-  
lindricis, subaequalibus; primo crassio-  
re clauato.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* laruae e trunco arborum putrescen-  
te, imaginis e foliis plantarum.



51. DONACIA. Leptura Linn.  
Stenocorus Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio laterali inserti.

*Mandibula* brevis, fornicata, cornea, dentata, apice fissa.

*Maxilla* cylindrica, recta, in medio vni-dentata.

*Labium* elongatum, membranaceum, cylindricum, apice truncatum, integrum.

*Antennae* porrectae, setaceae: articulis cylindricis, subaequalibus; primo crassiore, secundo breuissimo.

*Metamorphosis* ignota, larua forsitan aquatica.

*Victus* laruae ignotus, imaginis e foliis plantarum.



52. LEPTVRA. Linn. Stenocorus  
Geoff. Necydalis Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo truncato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii basi inserti.

*Mandibula* cornea, subarcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* recta, cylindrica, membranacea, in medio videntata, apice setosa.

*Labium* elongatum, membranaceum, subcylindricum, porrectum, bifidum: lacinis aequalibus, distantibus, rotundatis.

*Antennae* elongatae, setosae: articulis cylindricis, aequalibus; primo crassiore, clauato.

*Metamorphosis* ignota.

*Vitus* larvae forte e ligno putrescente, imaginis e foliis plantarum.

*Obs.* Leptura 18 — 21. elytris abbreviatis differunt, attamen certe huius generis.



## 53. LAMPYRIS. Linn. Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, subclauati, quadriarticulati: articulo ultimo crassiori, subulato, acuto adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* subclauati, triarticulati: articulo ultimo, crassiori, subulato, acuto, labii apici inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, tenuissima, acuta, edentula.

*Maxilla* brevis, membranacea, cylindrica, bifida: laciniis inaequalibus; exteriori maiore, rotundata.

*Labium* breue, corneum, cylindricum, gibbum, integerrimum.

*Antennae* filiformes: articulis aequalibus, obconicis; ultimo cylindrico.

*Metamorphosis* haud rite cognita.

*Victus* & laruae & imaginis adhuc latent.

*Obs. I.* Antennae interdum articulis breuioribus fere moniliformibus, interdum ferratis aut pectinatis.

*Obs. II.* Faemina in omnibus speciebus aptera.





54. PYROCHROA. Geoff. Lampyris  
Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, subfiliformes.  
*anteriores* paullo longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo flexo subcrassiori, adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* basi coeuntes, triarticulati: articulis aequalibus, labii apici inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* membranacea, subcylindrica, integra, pilosa, apice acuta.

*Labium* porrectum, corneum, lineare, integerrimum, basi compressum.

*Antennae* filiformes, articulis brevibus apice interiori porrectis, acuminatis; primo longiori crassiori.

*Metamorphosis* mihi later.

*Victus* & laruae & imaginis omnino later.

*Obs.* *Pyrochroa* 5 — 8. habitu a reliquis differunt & forte novum genus ore porrecto, cylindrico constituunt mihi haud rite examinatae.

55. LYMEXYLON. *Cantharis* Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, extrorsum crassiores.

*anteriores* longiores, exserti, dependentes, sensim crassiores, quadriarticulati: articulo ultimo longiore cylindrico adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breues, triarticulati, obtusissimi labii medio laterali inserti.

*Mandibula* breuis, cornea, subrecta, inermis.

*Maxilla* breuissima, membranacea, crassa, bifida: laciniis inaequalibus; exteriori paullo longiore, rotundata.

*Labium* porrectum, membranaceum, lineare, tenuissimum, apice rotundatum, concavum, submarginatum.

*Antennae* breues, incurvae, moniliformes: articulis breuibus; apicibus vtrinque prominulis.

*Metamorphosis* later.

*Victus* & laruae & imaginis e ligno recenti.



## 56. CVCVIVS.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breues, aequales.

*anteriores* triarticulati: articulo primo obconico, secundo tertioque brevioribus, obtusis, truncatis adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* biarticulati: articulo primo obconico, ultimo crassiori, obtuso, truncato labii basi anteriori inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, basi incrassata, apice acuminata, edentula.

*Maxilla* brevis, membranacea, bifida: laciniis inaequalibus; exteriore maiore, rotundata, interiore acuta.

*Labium* breue, membranaceum, bifidum: laciniis linearibus, obtusis, distantibus, palpis posterioribus tectis.

*Antennae* moniliformes: articulis undecim, brevibus, pilosis; ultimo acuto.

*Metamorphosis & Victus* omnino adhuc latent.

*Obs.* *Palatum* vtrinque unidentatum.



57. CANTHARIS. Linn. Cicindela  
Geoff. Necydalis Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, securiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo clava dilatata, acuminata adhaerentes maxillae.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus; ultimo clava dilatata, acuminata labii apici inserti.

*Mandibula* porrecta, exserta, cornea, arcuata, acutissima, edentula.

*Maxilla* brevis, cylindrica, oblique truncata, bifida: laciniis aequalibus, filiformibus, obtusis.

*Labium* breve, membranaceum, cylindricum, truncatum, integerrimum.

*Antennae* filiformes: articulis cylindricis, aequalibus; secundo brevissimo.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* larvae latet, imaginis e rapina aliorum insectorum.

58. MALACHIVS. *Cantharis* Linn.  
*Cicindela* Geoff.

*Os* maxillis palisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* paullo longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo fetaceo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus; ultimo fetaceo labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, integra, edentula.

*Maxilla* cylindrica, subincurva, obtusa, membranacea, in medio acute dentata.

*Labium* porrectum, cylindricum, membranaceum, apice rotundatum, integrum.

*Antennae* filiformes: articulis aequalibus, cylindricis; primo subcrassiori, ultimo ouato.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* laruae latet, imaginis e rapina insectorum.

*Obs.* ad basin abdominis & thoracis vtrinque tentacula duo exserta basi connata gerunt.





59. NECYDALIS. Linn. Cantharis  
Linn. Geoff. Cicindela Geoff.  
Leprura Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, subfiliformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo subcrassiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus; ultimo subcrassiori, truncato labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* porrecta, cylindrica, membranacea, ad insertionem palporum unidentata, acutiuscula.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, ad insertionem palporum coarctatum, apice late emarginatum.

*Antennae* filiformes: articulis aequalibus, cylindricis; primo crassiori.

*Metamorphosis & Victus* adhuc omnino latent.

## 60. ELATER. Linn. Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, securiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis subaequalibus; ultimo clava dilatata, acuminata adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, triarticulati: articulis aequalibus; ultimo clava dilatata, acuta labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, inermis, apice fissa.

*Maxilla* cylindrica, membranacea, in medio videntata, apice obtusa, fetosa.

*Labium* porrectum, membranaceum, apice subdilatatum, bifidum, laciniis aequalibus, truncatis.

*Antennae* filiformes: articulis breuibus, saepius ferratis; primo crassiori.

*Metamorphosis & Victus* omnino adhuc latent.



61. BVPRESTIS. Linn. Cucujus Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes articulo ultimo obtuso truncato.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati, labii apici laterali inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* brevis, cylindrica, membranacea, medio unidentata, apice rotundata, obtusissima.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, inter palpos posteriores acuminatum, integrum.

*Antennae* breves, filiformes, ferratae: articulis aequalibus, primo crassiori, ultimo ovato, obtuso.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis latent.*



## 62. CICINDELA. Linn. Buprestis. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* sex subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo breuiores, biarticulati: articulis aequalibus, longissimis adhaerentes maxillae dorso.

*medii* quadriarticulati: articulo primo tertioque breuissimis adnati anteriorum basi.

*posteriores* multiarticulati articulis breuissimis, rotundatis, pilosis, ultimo longiori, obconico, nudo labii medio interiori inserti.

*Mandibula* elongata, exserta, cornea, arcuata, acuta, multidentata.

*Maxilla* recta, cornea, rigida, ciliata, apice incurua, acuta.

*Labium* breue, corneum, apice tridentatum, dentibus elongatis, rigidis, acutis.

*Antennae* elongatae, setaceae: articulis cylindricis subaequalibus excepto secundo breuissimo.

*Metamorphosis* latet.

*Victus* laruae ignotus, imaginis e rapina laruarum.



63. ELAPHRVS. Cicindela. Linn.  
Buprestis Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* sex subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo breuiores, biarticulati:  
articulis aequalibus maxillae dorso  
incumbentes.

*medii* longiores, quadriarticulati: articu-  
lo primo tertioque breuissimis ante-  
riorum basi adnati.

*posteriores* triarticulati: articulis aequali-  
bus labii basi laterali inserti.

*Mandibula* breuis, crassa, cornea, acuta  
in medio videntata.

*Maxilla* cornea, arcuata, intus ciliata, acu-  
ta, integra.

*Labium* breue, membranaceum, cylindri-  
cum, apice acuminatum.

*Antennae* subsetaceae: articulis breuibus,  
aequalibus, subcylindricis primo cras-  
siori.

*Metamorphosis* latet.

*Victus* laruae ignotus, imaginis e rapina  
insectorum.

*Obs.* Differt manifeste a Cicindelis ipsa anten-  
narum structura omnino alia.





64. HYDROPHILVS. Geoff. Dyti-  
fcus Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati:  
articulo primo breuissimo adhaeren-  
tes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequali-  
bus labii apici inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, inermis, acu-  
minata.

*Maxilla* brevis, membranacea, bifida: la-  
ciniis inaequalibus; -exteriore maiore  
rotundata.

*Labium* elongatum, corneum, rotunda-  
tum, submarginatum.

*Antennae* breues, perfoliatae: articulo  
primo crassiori longiori, sequentibus  
breuissimis vix distinctis, penultimis  
duobus crassioribus perfoliatis latere  
interiori acuminatis, vltimo ouato  
obrufo.

*Larua* hexapoda, natatoriis vtrinque  
septem, cauda biappendiculata.

*Puppa* quiescens, ouata, pilosa, cauda  
femilunari.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina pi-  
scium, insectorum.



## 65. DYTISCVS. Linn. Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* sex inaequales, filiformes.

*anteriores* breuiores, biarticulati: articulis aequalibus, vltimo acuto maxillae dorso incumbentes.

*medii* longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus basi anteriorum adhaerentes.

*posteriores* triarticulati, labii medio inferti.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, ciliata, integra, acutissima.

*Labium* elongatum, corneum, latum, truncatum, integerrimum.

*Antennae* porrectae, setaceae: articulis subaequalibus, cylindricis, vltimis tenuioribus.

*Larua* hexapoda, vltimo abdominis articulo conico saepius bicaudato maxillis porrectis, arcuatis, inermibus.

*Puppa* quiescens, mollis, ouata intra glebam.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina insectorum, laruarum pisciumque.



## 66. GYRINVS. Linn. Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quadriarticulati: articulis breuibus rotundatis, ultimis duobus subcrassioribus adhaerentes maxillae basi.

*posteriores* cylindrici, triarticulati: articulis aequalibus labii medio interiori inferti.

*Mandibula* cornea, crassa, arcuata, apice bidentata.

*Maxilla* porrecta, cornea, arcuata medio videntata, apice acutissima.

*Labium* porrectum, corneum, rotundatum profunde emarginatum: laciniis rotundatis.

*Antennae* breuissimae, cylindricae, filiformes, rigidae: articulis breuissimis vix distinctis.

*Larua* hexapoda, filiformis: natatoriis vtrinque nouem, cauda quadrifida.

*Puppa* ignota.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina reliquorum insectorum.



67. CARABVS. Linn. Buprestis Geoff.  
Os maxillis palpisque.

*Palpi* sex, inaequales: articulo ultimo obtuso, truncato.

*anteriores* breuiores, filiformes, biarticulati, obtusi, truncati adhaerentes maxillae dorso.

*medii* longiores, quadriarticulati: articulo primo breuissimo, reliquis obconicis basi anteriorum adnati.

*posteriores* triarticulati, basi connati: articulo primo breuissimo, secundo cylindrico longiori, tertio obconico sub labii apice inferri.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, integra.

*Maxilla* integerrima, cornea, cylindrica, intus ciliata apice arcuata, acutissima.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, truncatum, integerrimum.

*Antennae* filiformes: articulis elongatis, aequalibus, obconicis ultimo cylindrico obtuso.

*Larua* hexapoda, depressa, coriacea, maxillis exsertis, arcuatis.

*Puppa* ignota.

*Victus* laruae e quisquiliis, ligno putrescente, imaginis e rapina reliquorum insectorum, in primis laruarum.

*Obs. I.* In Carabis maioribus palatum elongatum tridentatum, labium tegens.

*Obs. II.* C. spinibarbis mandibula basi dilatata, maxillaeque dorso spinis ciliato. 68.





## 68. SCARITES. Tenebrio. Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* sex, subaequales, filiformes.

*anteriores* breuiores, biarticulati: articulis aequalibus, cylindricis adhaerentes maxillae dorso.

*medii* longiores, triarticulati: articulo longiori, setaceo, acuto basi anteriorum adnati.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata valida, acuta, intus dentata.

*Maxilla* cornea, arcuata, intus ciliata, acuminata.

*Labium* corneum, porrectum, cylindricum, apice tridentatum, dentibus aequalibus acutis.

*Antennae* moniliformes, articulo primo longiori secundoque obconicis, reliquis breuioribus orbiculatis.

*Metamorphosis* & victus & laruae & imaginis omnino adhuc latent.

*Obs.* *S. clauicornis* antennas extrorsum crassiores habet, at tamen huius generis.





## 69. SEPIDIUM.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis cylindricis, secundo longiori, ultimo obtuso adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, triarticulati: articulis aequalibus, labii basi laterali inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, valida, arcuata, apice fissa.

*Maxilla* brevis, cylindrica, membranacea, apice obrusa, rotundata, ciliata, medio unidentata.

*Labium* breue, corneum, cylindricum, latum vsque ad basin fere emarginatum.

*Antennae* filiformes: articulo secundo longiori, reliquis breuibus cylindricis, ultimo ouato, acuto.

*Metamorphosis* & victus & laruae & imaginis omnino adhuc latent.

*Obs.* Genus Pimeliis affine, at habitu & caractere omnino distinctum.

## 70. PIMELIA. Tenebrio Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* multo longiores, quadriarticulati: articulo secundo longiori, ultimo subglobofo, obtuso adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, triarticulati: articulis aequalibus labii basi laterali inferti.

*Mandibula* magna, cornea, gibba, crassa, compressa, denticulata.

*Maxilla* cylindrica, membranacea, medio unidentata apice obtusa, rotundata.

*Labium* porrectum, corneum, rotundatum, apice truncatum, subemarginatum, pilosum.

*Antennae* filiformes, apice moniliformes: articulo secundo longissimo, ultimis quatuor breuioribus, moniliformibus.

*Metamorphosis & Victus* omnino adhuc latent.



## 71. SCAVRVS.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis cylindricis, secundo longiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, triarticulati: articulis cylindricis, breuissimis labii basi laterali inserti.

*Mandibula* breuis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* recta, membranacea, medio unidentata, apice dilatata, rotundata.

*Labium* corneum, rotundatum, latum, truncatum, integerrimum.

*Antennae* moniliformes: articulis inferioribus longioribus (in primis secundo) obconicis, reliquis aequalibus, breuibus, moniliformibus.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis* omnino adhuc latent.



72 BLAPS. *Tenebrio* Linn. Geoff.

*O* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, clauati: claua truncata, obtusa.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo secundo longiori, tertio orbiculato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii basi laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, integra, acuta.

*Maxilla* recta, porrecta, bifida: laciniis inaequalibus; exteriore maiori, obrusa, rotundata.

*Labium* breue, membranaceum, rotundatum apice fissum.

*Antennae* filiformes apice moniliformes: articulo secundo longiori obconico, vltimis quatuor orbiculatis moniliformibus.

*Metamorphosis & Victus* omnino latent.



73. TENEBRIO. Linn. Geoff. Platycerus Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis subaequalibus, ultimo obtuso, truncato crassiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati, filiformes: articulis aequalibus labii medio laterali inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, integerrima.

*Maxilla* recta, cylindrica, membranacea, bifida: laciniis inaequalibus; exteriori maiori obtusa, interiori acuta.

*Labium* porrectum, corneum, cylindricum, medio parum coarctatum apice truncatum, integerrimum.

*Antennae* moniliformes: articulis subaequalibus excepto primo longiori obconico.

*Larua* hexapoda, annulata, mollis, cauda stylis duobus breuibus, incuruis.

*Puppa* quiescens, ovata, pilosa, cauda stylis duobus, breuibus, filiformibus.

*Victus* & laruae & imaginis e quisquiliis, farina, aliisque.





## 74. HELOPS. Tenebrio Linn. Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* porrecti, longiores, securiformes, quadriarticulati: articulis aequalibus, ultimo clauato securiformi adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, clauati: claua capitata, obtusa, triarticulati labii medio laterali inferti.

*Mandibula* cornea; arcuata, acuta, in medio unidentata.

*Maxilla* cylindrica, membranacea, in medio unidentata, apice rotundata, obtusa.

*Labium* corneum, breue, rotundatum, in medio gibbum, apice truncatum, integrum.

*Antennae* submoniliformes: articulis prioribus obconicis, secundo longiori, ultimo ouato, obtuso.

*Metamorphosis* & *Victus* & *laruae* & *imaginis* latent.

*Obs.* *Helops ferratus* palpibus maioribus, reflexis, ferratis differt, attamen huius generis.



## 75. ERODIVS.

*O*, maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo globoso subcrassiori labii basi laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, recta, rigida, bifida: laciniis aequalibus, truncatis, obtusis, ciliatis.

*Labium* corneum, rotundatum, truncatum, emarginatum, ciliatum.

*Antennae* breves, moniliformes: articulis subaequalibus, secundo longiori, cylindrico.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis* ignoratur.



## 76. MELOE. Linn. Geoff.

*O*, maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, extrorsum subcrassiores.

*anteriores* longiores: articulis aequalibus, ultimo subcrassiori, obtuso, truncato, adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulis minoribus, rotundatis labii medio inferti.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* recta, membranacea, bifida: laciniis subaequalibus, rotundatis, obtusis; exteriore paullo maiore.

*Labium* porrectum, corneum ad insertionem palporum coarctatum, apice rotundatum, emarginatum.

*Antennae* moniliformes: articulis breuibus, subaequalibus, secundo paullo longiori, ultimo setaceo.

*Larva* hexapoda, filiformis lateribus subpilosus.

*Puppa* quiescens, mollis.

*Vitus* & laruae & imaginis e foliis plantarum.

*Obs.* Antennarum articulus intermedius interdum dimidiatus an Varietas sexus?



77. LYTТА. Meloe Linn. Cantharis  
Geoff,

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, triarticulati: articulis aequalibus, ultimo setaceo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus, ultimo obtuso, truncato, cluato labii medio inserti.

*Mandibula* crassa, cornea, acuta, inermis.

*Maxilla* recta, porrecta, membranacea, apice dilatata, rotundata, bifida: laciniis conniuentibus inaequalibus; exteriore maiore.

*Labium* elongatum, subcorneum, cylindricum ad insertionem palporum contractatum, apice truncatum, integrum.

*Antennae* filiformes: articulis aequalibus, subcylindricis; primo crassiori, secundo breuissimo ultimo, setaceo.

*Metamorphosis* & *Victus* omnino ignotus.



## 78. MYLABRIS. Meloe Linn.

O<sup>s</sup> maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio laterali inserti.

*Mandibula* crassa, brevis, cornea, acuta, inermis.

*Maxilla* recta, porrecta, cornea, compressa, apice oblique truncata, obtusa, bifida: laciniis aequalibus, conniventibus.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum ad palporum insertionem coarctatum, apice emarginatum.

*Antennae* moniliformes, extrorsum crassiores: articulis subaequalibus secundo breviori.

*Metamorphosis & Victus* omnino latent.





79. CEROCOMA. Geoff. Meloe Linn.  
Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis cylindricis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* vix breviores, triarticulati: articulis cylindricis, aequalibus labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, porrecta, arcuata apice acuminata, edentula latere interiori dilatata, membranacea.

*Maxilla* cylindrica, linearis, membranacea, apice acuminata, serosa, integerrima.

*Labium* cylindricum, membranaceum, elongatum ad palporum insertionem coarctatum apice bifidum: laciniis aequalibus rotundatis.

*Antennae* moniliformes: articulis aequalibus, brevibus; ultimo maiori, clauato, compresso.

*Obs.* In altero sexu tertius palporum anteriorum articulus incrassatus, vesiculosus.

*Obs.* In altero sexu articuli antennarum. 3. 4. 5. 6. dilatati, foliacei, perfoliati.



## 80. MORDELLA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, porrecti, quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo crassiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiiores, filiformes, triarticulati: articulis aequalibus labii medio laterali inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* membranacea, linearis, bifida: laciniis obtusis, inaequalibus; exteriori maiore.

*Labium* elongatum, membranaceum, lineare, inter palpos porrectum, dilatatum, rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus, rotundatis.

*Antennae* sub moniliformes: articulo primo longiori, secundo breuissimo globoso, ultimo ouato, acutiusculo.

*Metamorphosis* ignota.

*Vitus* larvae ignotus, imaginis e floribus plantarum, imprimis vmbellatarum.



## 81. STAPHYLINVS. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* vix breuiores, triarticulati: articulis aequalibus labii basi exteriori inserti.

*Mandibula* porrecta, exserta, cornea, arcuata, acuta in medio dentibus validis armata.

*Maxilla* membranacea, recta, cylindrica, in medio obtuse dentata.

*Labium* membranaceum, sub palpis elongatum, trifidum: laciniis subaequalibus; intermedia latiore apice rotundata, submarginata, lateralibus paullo longioribus, distantibus, acutis.

*Antennae* moniliformes: articulis subaequalibus, breuibus, apice truncatis, ultimo ouato, obtuso.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* & laruae & imaginis e cadaueribus & rapina animalium.



82. OXYPORVS. Staphylinus Linn.  
Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus, filiformibus adhaerentes maxillae basi.

*posteriores* vix longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus; ultimo clavato, securiformi labii basi laterali inserti.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* membranacea, cylindrica, medio unidentata, apice ovata, obtusa.

*Labium* elongatum, membranaceum, cylindricum, emarginatum cum mucrone.

*Antennae* moniliformes extrorsum subcrassiores, articulis subaequalibus subpilosissimis apice truncatis, ultimo ovato, acuto.

*Larva* hexapoda, mollis, laevis postice attenuata.

*Puppa* ignota.

*Victus* & laruae & imaginis e Boletis, Agaricis aliisque fungis.



83. PAEDERVS. Staphylinus  
Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* porrecti, multo longiores, capitati, quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breues, triarticulati: articulis aequalibus, filiformibus labii apice laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* membranacea, cylindrica, subarcuata, medio unidentata.

*Labium* porrectum, membranaceum, cylindricum, apice truncatum, obtusum, integrum.

*Antennae* moniliformes: articulo primo longiori, crassiori, reliquis aequalibus, orbiculatis, ultimo acutiusculo.

*Metamorphosis* & victus & laruae & imaginis omnino adhuc latent.





## Classis II.

## VLONATA.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, vesiculosi, porrecti, filiformes, obtusi: anteriores insidentes maxillae dorso, posteriores labio.

*Clypeus* horizontalis, membranaceus, rotundatus, os superne regens.

*Mandibulae* duae, transuersales, corneae, mobiles, dentatae, latera oris superne includentes.

*Maxillae* duae, liberae, transuersales, acutae & saepius dentatae aut fissae latera oris inferne includentes.

*Galca* maxillam regens, cylindrica, articulata, vesiculosa, obtusa maxillae dorso inserta.

*Labium* porrectum, liberum, membranaceum, semper apice fissum.

*Antennae* inter oculos insertae.



## GENERA Classis II.

84. FORFICVLA.

85. BLATTA.

86. MANTIS.

87. ACRYDIVM.

88. TRVXALIS.

89. ACHETA.

90. LOCVSTA.

91. GRVLLVS.



## 84. FORFICVLA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati:  
articulo primo, breuissimo, reliquis  
aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* multo breuiiores, triarticulati:  
articulo primo breuissimo labii basi  
inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta.

*Maxilla* cornea, arcuata, acuta, apice fissa.

*Galea* maxillam regens, cylindrica, ob-  
tusa longitudine maxillae.

*Labium* elongatum, porrectum, trifidum:  
laciniis inaequalibus, lateralibus, paul-  
lo longioribus, tenuioribus, cylindri-  
cis, obtusis; intermedia latiori, rotun-  
data, integra.

*Antennae* setaceae: articulo primo longio-  
ri, crassiori, reliquis aequalibus, cy-  
lindricis.

*Larua* hexapoda, agilis, imagini similli-  
ma, aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima  
alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & imaginis e fructibus  
plantisque succulentis.



## 85. BLATTA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quinquearticulati: articulo primo secundoque breuissimis, tertio longissimo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* cornea, arcuata, acuta, apice fissâ.

*Galea* maxillam regens, cylindrica, obtusa, truncata, maxilla longior.

*Labium* elongatum, rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus, rotundatis, apice fissis; pinna exteriori maiore rotundata.

*Antennae* porrectae, setaceae: articulis innumeris, breuissimis, primo crassiori, ovato.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & imaginis e farina, radicibus plantarum, saccharo aliisque rebus culinaribus.

## 86. MANTIS. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quinquearticulati: articulo primo secundoque brevioribus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo subulato labii medio laterali inserti.

*Mandibula* subcornea, brevis, recta, acuminata, medio bidentata.

*Maxilla* cornea, compressa, ciliata, apice acutissima, integra.

*Galca* cylindrica, maxillis longior, apice rotundata, maxillam regens.

*Labium* porrectum, membranaceum, bifidum: laciniis aequalibus, usque ad medium fissis; pinnis aequalibus.

*Antennae* setaceae: articulis brevibus, primo longiori, reliquis aequalibus.

*Larua* hexapoda, currens, agilis, imagini simillima, aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, rudimentis alarum.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina Insectorum.





87. ACRYDIVM. Geoff. Gryllus  
Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labio medio laterali inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, apice dentata.

*Maxilla* cornea, arcuata, acuta, apice fissa.

*Galea* maxillam tegens, cylindrica, obtusa longitudine maxillae.

*Labium* membranaceum, cylindricum, elongatum adinsertionem palporum coarctatum, apice fissum.

*Antennae* filiformes, articulo primo longiori, crassiori; reliquis breuibus, aequalibus, ultimo setaceo.

*Larua* hexapoda, aptera, agilis, currens, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima, folis alarum rudimentis.



## 88. TRVXALIS. Gryllus. Linn.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quinquearticulati: articulis aequalibus; cylindricis adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus, cylindricis labii basi laterali inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, subarcuata, apice tridentata.

*Galea* maxillam regens, lata, fornicata, longitudine maxillae.

*Labium* porrectum, membranaceum, rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus, rotundatis, integris.

*Antennae* ensiformes, subulatae: articulis brevibus baseos trigonoprismaticis, apice cylindricis.

*Larva* hexapoda, currens, agilis imagini simillima, aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima rudimentis tantum alarum.

*Victus* e rapina insectorum, inprimis dipterorum.

89. ACHE-



89. ACHETA. Gryllus Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quinquearticulati: articulo ultimo breuissimo, vesiculoso, reliquis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulo ultimo breuiori labii basi inserti.

*Mandibula* cornea, porrecta, incurua, apice transverse truncata, dentata.

*Maxilla* cornea, arcuata, acuminata, apice fissa.

*Galea* maxillam tegens, cylindrica, obtusa longitudine maxillae.

*Labium* elongatum, subcylindricum, quadrifidum: laciniis aequalibus; exterioribus membranaceis, cylindricis, obtusis; interioribus corneis, cylindricis apice subulatis, acutis.

*Antennae* setaceae: articulis innumeris, breuissimis, aequalibus; primo crassiori.

*Larua* hexapoda, agilis, aptera, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima alarum rudimentis.

*Victus* e radicibus plantarum plantisque ipsis.



90. LOCUSTA. Geoff. Gryllus Linn.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor inaequales: articulo ultimo, obtuso, truncato.

*anteriores* quadriarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* cornea, arcuata, acuta, tridentata.

*Galea* maxillam tegens, cylindrica, obtusa maxillae longitudine.

*Labium* membranaceum, basi cylindricum, apice rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus; latere interiore setasubulata instructis.

*Antennae* setaceae, porrectae: articulis innumeris, brevissimis, aequalibus primo crassiori longiori.

*Larva* hexapoda, aptera, agilis, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima at rudimentis tantum alarum.

*Vitæ* e foliis plantarum.



91. GRYLLVS. Linn. Acrydium Geoff.  
Os maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo longiores, quinquear-  
ticulati: articulis aequalibus adhae-  
rentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulis ae-  
qualibus labii medio inserti.

*Mandibula* crassa, cornea, recta, obtusa,  
dentata.

*Maxilla* brevis, cornea, subarcuata, acu-  
ta, apice tridentata.

*Galea* maxillam tegens, cylindrica, for-  
nicata, obtusa, vix maxilla longior.

*Labium* elongatum, membranaceum, ad  
insertionem palporum coarctatum, api-  
ce incrassatum, rotundatum, bifidum:  
laciniis aequalibus, rotundatis, conni-  
uentibus, fornicatis.

*Antennae* filiformes: articulis vndecim cy-  
lindricis, aequalibus; primo crassiori  
breuiori.

*Larua* hexapoda, aptera, agilis, imagi-  
ni simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini similli-  
ma, rudimentis tantum alarum.

*Victus* & laruae & imaginis e foliis plan-  
tarum.

*Classis*





## Classis III.

## SYNISTATA.

*O*, maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, porrecti, cornei: anterioribus infidentibus maxillae, posterioribus labio.

*Clypeus* corneus, rotundatus, horizontalis, os superne tegens.

*Mandibulae* duae, transuersales, corneae, mobiles, acutae, saepius dentatae, latera oris superne includentes.

*Mandibulae* nullae Ephemeres proprium.

*Maxillae* duae, transuersales, membranaceae, cum labio basi connatae, latera oris inferne includentes.

*Maxillae* saepius porrectae, elongatae, inflexae, lacinas exteriores linguae constituentes.

*Labium* porrectum, membranaceum, interdum inflexum, in lacinas linguae interiores elongatum.

*Antennae* inter oculos insertae.



GENERA Classis III.

92. MONOCVLVS.	107. ICHNEVMON.
93. ONISCVS.	108. EVANIA.
94. LEPISMA.	109. SPHEX.
95. PODVRA.	110. TIPHIA.
96. EPHEMERA.	111. SCOLIA.
97. SEMBLIS.	112. CHRYSIS.
98. PHRYGANEA.	113. THYNNVS.
99. HEMEROBIVS.	114. LEVCOSPIS.
100. MYRMELEON	115. BEMBEX.
101. ASCALA-	116. VESPA.
PHVS.	117. CRABRO.
102. PANORPA.	118. ANDRENA.
103. RAPHTDIA.	119. APIS.
104. CYNIPS.	120. NOMADA.
105. TENTHRE-	121. TERMES.
DO.	122. FORMICA.
106. SIREX.	123. MVTILLA.



92. MONOCVLVS. Linn. Geoff. Bi-  
nocolus Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* extrorsum crassiores, triarticulati: articulo primo breuissimo, reliquis aequalibus, subtus capitis testa adhaerentes.

*posteriores* triarticulati: articulo vltimo concauo, auriformi maxillae inserti.

*Mandibula* cornea, crassa, gibba, subglobosa, altero latere truncata, denticulata.

*Maxilla* submembranacea, bifida: laciniis inaequalibus, exteriore breuiore.

*Labium* membranaceum, rotundatum, integrum, cum maxilla vltra medium connatum.

*Antennae* ramosae: ramis setaceis; articulis innumeris, breuissimis, aequalibus, primo longiori.

*Larua & Puppa* imagini simillimae, pedatae, currentes, agiles exuias tantum deponunt.

*Victus* e plantis aquaticis.



93. ONISCVS. Linn. Geoff. Afellus Geoff.

O, maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* breuissimi, vix maxillae longiores, cuius dorso adhaerent.

*posteriores* porrecti, longiores, quadrarticulati: articulis aequalibus, cylindricis, vltimo subulato labio inferti.

*Mandibula* breuis, crassa, apice acuta, dentata.

*Maxilla* recta, porrecta, membranacea, apice truncata, denticulata, connata cum labio.

*Labium* porrectum, membranaceum, rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus, ouatis, obtusis.

*Antennae* interdum quatuor inaequales; anteriores breuiore, subulatae, multiarticulatae, posteriores longiores setaceae, articulis duobus anterioribus longioribus, cylindricis, reliquis breuissimis, innumeris, interdum duae filiformes, quinquearticulatae: articulo primo secundoque breuioribus, tertio quartoque cylindricis, vltimo setaceo, acuto.

*Larua & Puppa* agiles, currentes, pedatae exuuias tantum deponunt.

*Vitus & laruae & imaginis* e foliis plantarum, quisquiliis.



## 94. LEPISMA. Linn. Forbicina Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* porrecti, multo longiores, quinquearticulati: articulis cylindricis, subaequalibus; ultimo acuminato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiiores, triarticulati: articulo ultimo, ovato, subcrassiori labii medio inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* porrecta, membranacea, cylindrica, subuesiculosa, apice truncata, cum labio connata.

*Labium* membranaceum, porrectum, rotundatum, apice emarginatum.

*Antennae* setaceae, porrectae: articulis innumeris, breuissimis, aequalibus; primo parum crassiori.

*Larua & Puppa* hexapodae, agiles, currentes exuias tantum deponunt.

*Victus & laruae & imaginis* e saccharo, ligno putrido, quisquiliis.





## 95. PODVRA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, subclauati.

*anteriores* longiores, quinquearticulati: articulis subaequalibus; exterioribus sensim paullo crassioribus; secundo breuissimo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breues, triarticulati: articulis subaequalibus; exterioribus sensim crassioribus labii apici adnati.

*Mandibula* breuis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* porrecta, connata, membranacea, linearis, apice truncata, obtusa, integra.

*Labium* breue, membranaceum, rotundatum, bifidum: laciniis aequalibus, coniuuentibus.

*Antennae* filiformes, quadriarticulatae: articulo primo breuissimo, reliquis aequalibus, ultimo setaceo, acuto.

*Larua* & *Puppa* hexapodae, agiles, currentes, imagini simillimae exuias tantum deponunt.

*Victus* & *laruae* & *puppae* & *imaginis* e foliis plantarum.



## 96. EPHEMERA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breuissimi, subaequales, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis subaequalibus, cylindricis; secundo paullo longiore adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus, breuibus adhaerentes labii apici.

*Mandibula* omnino nulla.

*Maxilla* brevis, membranacea, cylindrica, obtusa, integra, cum labio arcte connata.

*Labium* breue, membranaceum, cylindricum, apice rotundatum, integerrimum.

*Antennae* breuissimae, subulatae: articulo primo maiori, reliquis breuissimis, ultimo acuto.

*Larua* aquatica, hexapoda, agilis, caudata, natatoriis lateralibus, fenis.

*Puppa* hexapoda, agilis, caudata, natatoriis extrorsum crassioribus, alarumque rudimentis.

*Victus* & *laruae* & *puppae* e foliis plantarum aquaticarum? imaginis omnino nullus.

Vita Imaginis vix viginti quatuor horas attingit ideoque cibo haud eget.



97. SEMBLIS. Phryganea. Linn. }  
 Perla Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, elongati, subaequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quadriarticulati: articulo ultimo tenuiori, acuto adhaerentes maxillae lateri exteriori.

*posteriores* triarticulati: articulis subaequalibus; ultimo acuto labii medio laterali inserti.

*Mandibula* breuissima, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* brevis, membranacea, connata, subarcuata, bifida: laciniis aequalibus, tenuissimis, acutis.

*Labium* porrectum, cylindricum, membranaceum, annulatum, integrum.

*Antennae* setaceae: articulis plurimis, breuibus, primo paullo maiori.

*Larua* aquatica, hexapoda, caudata, natatoriis septenis, filiformibus.

*Puppa* quiescens, hexapoda, maxillis corneis, prominulis.

*Vitus* laruae e rapina aquatiliu minimum, imaginis ignotus.

## 98. PHRYGANEA. Linn. Geoff.

O<sub>s</sub> maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, approximati, porrecti, filiformes.

*anteriores* longiores, quinquearticulati: articulo secundo tertioque longissimis adhaerentes maxillae medio.

*posteriores* breuiiores, quadriarticulati: articulo primo plano, lateribus dilatatis, ultimo compresso, latiore labii apici inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* recta, membranacea, acuta, integra, cum labio inferiori tota connata, ut vix appareat.

*Labium* porrectum, cylindricum, latum, membranaceum, apice emarginatum.

*Antennae* setaceae: articulis innumeris, breuibus; primo paulo maiori.

*Larua* aquatica, hexapoda, subpilosa, vnguibus duobus caudalibus tentaculisque tribus erectis quarti segmenti intra cucullum latitans.

*Puppa* quiescens, folliculata, imagini similima, vnguiculis duobus caudalibus, breuibus.

*Victus* laruae e rapina aquatilium minimorum, imaginis adhuc later.



99. HEMEROBIVS. Linn. Geoff.  
Termes Linn.

*O.* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, porrecti, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulo secundo longiori, reliquis aequalibus maxillae adhaerentes.

*posteriores* triarticulati: articulo ultimo cylindrico, longiori labii medio laterali inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, crassa, apice acuminata.

*Maxilla* cylindrica, membranacea, recta, fissa: laciniis aequalibus, breuissimis.

*Labium* corneum, porrectum, ad insertionem palporum coarctatum, apice rotundatum, fornicatum, integrum.

*Antennae* setaceae: articulis plurimis, brevissimis; primo maiore.

*Larva* hexapoda, ovata, pilosa.

*Puppa* folliculata, quiescens.

*Victus & larvae & imaginis* e rapina Insectorum minimorum, imprimis Aphidum.





100. MYRMELEON. Linn. For-  
micaleo Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* sex, inaequales, porrecti.

*anteriores* breuiiores, filiformes, triar-  
ticulati: articulo secundo longissimo  
maxillae adhaerentes.

*medii* vix longiores, filiformes, quadri-  
articulati: articulo primo secundo-  
que longioribus anteriorum basi in-  
ferti.

*posteriores* longissimi, quadriarticulati:  
articulo primo secundoque breuissi-  
mis, tertio quartoque longissimis,  
clauatis labii basi laterali inferti.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta.

*Maxilla* cornea, compressa, basi dilatata,  
vndentata, apice acuta.

*Labium* porrectum, membranaceum, qua-  
dratum, truncatum, emarginatum.

*Antennae* extrorsum crassiores: articulis  
plurimis, breuibus, primo maiori.

*Larua* hexapoda, ouata, pilosa, maxillis  
exsertis, dentatis.

*Puppa* incuruata, quiescens intra glebam.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina for-  
micarum aliorumque Insectorum.



101. ASCALAPHVS. Myrmeleon.  
Linn.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* sex, subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo breuiores, triarticulati: articulo secundo longissimo adhaerentes maxillae dorso.

*medii* longiores, quadriarticulati: articulo secundo longissimo anteriorum basi inserti.

*posteriores* quadriarticulati: articulo primo & quarto breuissimis labii basi laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, dentata.

*Maxilla* cornea, subarcuata, acuta, ciliata, integra.

*Labium* porrectum, corneum, rotundatum, integrum.

*Antennae* porrectae, clauatae: articulis plurimis, breuib; primo maiori, ultimis tribus crassioribus.

*Metamorphosis* & *Victus* adhuc nobis latent.



## 102. PANORPA. Linn. Geoff.

*Os* porrectum in rostrum cylindricum, corneum, maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, subaequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quadriarticulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breviores, biarticulati: articulo primo crassiori, gibbo, labii apici inferti.

*Mandibula* porrecta, cornea, arcuata, acuta, edentula.

*Maxilla* cornea, porrecta, apice truncata, bifida: laciniis subaequalibus, cylindricis; exteriori tenuiore integra, interiori apice bidentata.

*Labium* elongatum, porrectum, corneum, fornicatum, rotundatum, integrum, totum os obtegens.

*Antennae* filiformes: articulis plurimis, brevissimis; primo maiori.

*Metamorphosis* ignota, larua forsan aquatica.

*Victus* laruae ignotus, imaginis e rapina reliquorum Insectorum.



## 103. RAPHIDIA. Linn. Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breuissimi, subaequales, filiformes.

*anteriores* paullo longiores, quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii apici inserti.

*Mandibula* cornea, compressa, arcuata, acuta, dentata.

*Maxilla* brevis, cornea, cylindrica, obtusa, vix unidentata, integra.

*Labium* breue, corneum, rotundatum, integrum, apice palpigerum.

*Antennae* porrectae, filiformes: articulis subaequalibus; primo paullo maiori.

*Larua* hexapoda, agilis imagini simillima at aptera.

*Puppa* ignota.

*Victus* & laruae & imaginis e rapina reliquorum Insectorum.



104. CYNIPS. Linn. Geoff. Diplo-  
lepis Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, breues, inaequales, capitati.

*anteriores* longiores, quinquearticulati:  
articulis cylindricis, subaequalibus;  
ultimo rotundato, crassiori adhae-  
rentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulis cy-  
lindricis, aequalibus; ultimo rotun-  
dato, crassiori labii apici inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, apice fissa.

*Maxilla* brevis, membranacea, unidentata,  
cum labio arte connata.

*Labium* breue, corneum, cylindricum,  
integrum.

*Antennae* porrectae, filiformes, multiar-  
ticulatae: articulis subaequalibus; pri-  
mo maiore.

*Larua* apoda, mollis, cylindrica, incur-  
ua intra gallam plantarum.

*Puppa* quiescens, imagini simillima, ru-  
dimentis tantum alarum.

*Victus* e succo plantarum e vulnere stillan-  
te in Gallam excrecente.





105. TENTHREDO. Linn. Geoff.  
Crabro Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* porrecti, multo longiores, sex articulati: articulis subaequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus labii medio inserti labium includentes.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, acuta, intus dentata.

*Maxilla* recta, porrecta, compressa, ad insertionem palporum videntata, apice obtusa.

*Labium* porrectum, cylindricum, membranaceum, ad insertionem palporum coarctatum, apice rotundatum, dilatatum, trifidum: laciniis subaequalibus; intermedia tenuiore, obtusiore.

*Antennae* clauatae, filiformes, setaceae.

*Larua* cylindrica, mollis, pedibus sedecim vsque aduiginti.

*Puppa* quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

*Victus* e foliis plantarum.

*Crabro* Geoff. differt labio longiori magis porrecto, antennisque clauatis, attamen huius generis.



## 106. SIREX. Linn. Vroceros Geoff.

*O*s maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* breuissimi, filiformes, biarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* porrecti, longiores, extrorsum crassiores, pilosi, quadriarticulati: articulis subaequalibus labii apici inferti.

*Mandibula* brevis, crassa, cornea, apice truncata, denticulata.

*Maxilla* brevis, incurva, acuminata, membranacea, ciliata, cylindrica, integra.

*Labium* breue, membranaceum, integrum.

*Antennae* filiformes: articulis plurimis, breuibus, aequalibus, primo vix longiori.

*Larua* hexapoda, mollis, cylindrica, capite rotundato.

*Puppa* folliculata, quiescens, imagini simillima, alarum tantum rudimentis.

*Victus* laruae ex arborum ligno; imaginis e florum nectare.



107. ICHNEVMON. Linn. Geoff.  
Mutilla Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, porrecti, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, sexarticulati: articulo secundo obconico, tertio subdilatato adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, quinquearticulati: articulo vltimo longissimo, cylindrico labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, inermis.

*Maxilla* recta, membranacea, bifida, ad insertionem palporum videntata, apice rotundata, dilatata, ciliata.

*Labium* porrectum, corneum, cylindricum, gibbum, carinatum, apice membranaceum, rotundatum, emarginatum.

*Antennae* setaceae: articulis plurimis, breuissimis, aequalibus; primo maiori.

*Larua* apoda, mollis, cylindrica.

*Puppa* mox nuda, mox folliculata, quiescens, imagini simillima rudimentis solis alarum.

*Vitæ* laruae e succo animalium, intra corpora eorum habitantis, imaginis e necitare florum.

*Ich. luteus* differt mandibula fornicata, inermi, apice fissa.



## 108. EVANIA. Spheg Linn.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, porrecti, filiformes, sexarticulati: articulo ultimo longiori adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* incurui, quadriarticulati: articulo tertio crassiori, quadrato labii medio inferti.

*Mandibula* brevis, cornea, incurua, acuta, unidentata.

*Maxilla* brevis, membranacea, compressa, apice rotundata, integra.

*Labium* breve, corneum, conicum, apice membranaceum, acutum, integerimum.

*Antennae* filiformes: articulis plurimis, cylindricis, aequalibus; primo maiori, ultimo acuto.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis* omnino adhuc latent.

*Obs.* Genus Sphegibus affine, attamen caractere satis distinctum.



109. SPHEX. Linn. Ichneumon. Geoff.  
 Os maxillis, palpis linguaque inflexa, trifida.  
*Palpi* quatuor, porrecti, subaequales, fili-  
 formes.  
*anteriores* paullo longiores, sexarticula-  
 ti: articulis subaequalibus, obconi-  
 cis adhaerentes maxillae dorso.  
*posteriores* quinquearticulati: articulis  
 aequalibus, obconicis labii medio  
 laterali inserti.  
*Mandibula* cornea, crassa, arcuata, acuta,  
 dentata.  
*Maxilla* porrecta, cornea, compressa, la-  
 tere interiori membranacea, in medio  
 inflexa, apice obtusa, integra linguae  
 laminam exteriorem constituens.  
*Labium* porrectum, corneum, cylindri-  
 cum, apice elongatum, membrana-  
 ceum, inflexum, emarginatum vtrin-  
 que seta membranacea, valida, longi-  
 tudine dimidii labii interiorem linguae  
 laminam constituens.  
*Antennae* breues, conuolutae, setaceae,  
 11 articulatae: articulis aequalibus, cy-  
 lindricis; primo paullo crassiori.  
*Larua* apoda, mollis, vesiculosa, intra  
 corpora Insectorum latitans.  
*Puppa* quiescens imagini simillima, folis  
 alarum rudimentis.  
*Victus* laruae e succo insectorum, imaginis  
 e floribus inprimis umbellatis.





## 110. TIPHIA.

*Os* maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes, porrecti.

*anteriores* paullo longiores, sex articulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* quinquearticulati: articulis aequalibus labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, integra.

*Maxilla* brevis, membranacea, apice rotundata, integra.

*Labium* breve, corneum, cylindricum, obtusum, ante apicem dentibus duobus erectis, obtusis, vel potius tridentatum dente interiore maiore, obtusiore.

*Antennae* arcuatae, subpetiolatae: articulo primo longiori, reliquis vix distinctis, brevissimis, rotundatis.

*Metamorphosis* & *Victus* & *laruae* & *imaginis* omnino adhuc nobis latent.



## III. SCOLIA.

*O* maxillis, palpis, linguaque inflexa trifida, breuissima.

*Palpi* quatuor, aequales, breues, filiformes.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus, cylindricis adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis aequalibus, globosis labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, acutissima, intus crenata.

*Maxilla* porrecta, cornea, compressa, apice obtusiuscula, integerrima, lacinias linguae exteriores constituens.

*Labium* porrectum longitudine maxillae, corneum, compressum, apice membranaceum, cylindricum, integrum, linguae laciniam interiorem constituens.

*Antennae* crassae, filiformes, subpetiolatae: articulo primo longiori, reliquis vix distinctis, cylindricis, breuibus.

*Metamorphosis & Victus* omnino adhuc latent.



## 112. CHRYSIS. Linn. Vespa Geoff.

*O.* maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, porrecti, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, quinquearticulati: articulo ultimo tenuiori, filiformi adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus labii medio inserti.

*Mandibula* exserta, cornea, arcuata, integra.

*Maxilla* porrecta, elongata, cornea, linearis, unidentata, apice membranacea, acuta.

*Labium* porrectum, linguaeforme, corneum, lineare, maxillae multo longius, apice membranaceum, acutum, emarginatum.

*Antennae* breues, filiformes: articulo primo longiori, reliquis breuibus aequalibus.

*Metamorphosis & Victus* adhuc latent.



113. THYNNVS.

*Os* maxillis, palpis linguaque breuissima, involuta, haud exserta.

*Palpi* quatuor, filiformes, aequales.

*anteriores* quadriarticulati: articulis aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati: articulis subaequalibus adnati labii medio.

*Mandibula* cornea, incurua, apice acuta, unidentata.

*Maxilla* brevis, recta, cornea, concaua, apice rotundata, integra.

*Labium* maxillis longius, vsque ad insertionem palporum cylindricum, corneum, apice inflexum, membranaceum, compressum, trifidum: laciniis aequalibus; intermedia emarginata.

*Antennae* cylindricae: articulo primo breui, crassiori, reliquis aequalibus, obsoletis.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis* adhuc latent.



## 114. LEVCOSPIS.

*Os* maxillis, palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, breues, aequales, filiformes: articulo ultimo reliquis longiori, obconico.

*anteriores* quadriarticulati: articulis subcylindricis, aequalibus adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* triarticulati labii medio laterali inserti.

*Mandibula* cornea, crassa, breuis, apice tridentata.

*Maxilla* labio breuior, cornea, compressa, integra.

*Labium* elongatum, cylindricum, corneum, apice membranaceum, emarginatum.

*Antennae* breues, rectae, cylindricae, extorsum crassiores: articulis breuibus, cylindricis; primo paullo maiore.

*Metamorphosis & Victus & laruae & imaginis* omnino adhuc latent.





115. BEMBEX. Vespa Linn. Apis Linn.

*Os* maxillis, palpis linguaque inflexa quinquefida, labio superiore porrecto, conico, corneo obtectum.

*Palpi* quatuor, breues, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, sex articulati: articulis subaequalibus; ultimo subulato adhaerentes maxillae flexurae.

*posteriores* breuiores, triarticulati basi laciniarum exteriorum labii inserti.

*Mandibula* recta, cornea, concaua, apice subdentata.

*Maxilla* porrecta, subcylindrica, cornea, medio inflexa, compressa, obtusa, laciniam anteriorem linguae constituens.

*Labium* porrectum, basi corneum, gibbum, trifidum: laciniis exterioribus tenuioribus filiformibus; intermedia maiori, fornicata, laterales includente, lacinias linguae intermedias constituens.

*Antennae* filiformes, inuolutae: articulo primo longiore, cylindrico, reliquis breuibus, fere obsoletis.

*Larua* spoda, mollis, cylindrica.

*Puppa* quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

*Victus & laruae & imaginis* e nectare florum.

*B. signata* lacinia media labii emarginata.



## 116. VESPA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* porrecti, longiores, sexarticulati: articulis subaequalibus, obconicis; ultimo setaceo adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breuiores, quinque articulati: articulis subaequalibus, cylindricis labii medio inserti.

*Mandibula* breuis, recta, cornea, lata, concava, apice oblique truncata, denticulata.

*Maxilla* porrecta, cornea, cylindrica, ad insertionem palpi flexa, membranacea, compressa, unidentata, apice acuta, ciliata.

*Labium* compressum, basi corneum, gibbum, carinatum, apice concavum, membranaceum, late emarginatum, medio utrinque seta tenuissima, filiformi, acuta instructum.

*Antennae* filiformes, incurvae: articulo primo longissimo, cylindrico, secundo vix breuiori, reliquis breuibus, fere obsoletis.

*Larua* apoda, mollis: antice truncata, obtusa, postice attenuata intra cellulas hexangulares.

*Puppa* quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

*Victus* laruae e nectare florum, melle, imaginis e rapina Apium, Muscarum. 117.



117. CRABRO. Vespa Linn. SpheX Linn.

Os maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, porrecti, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, sexarticulati: articulis compresso rhomboidalibus; ultimis duobus cylindricis adhaerentes maxillae dorso.

*posteriores* breues, gibbi, quinquearticulati: articulis cylindricis, aequalibus labii apici laterali inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, fornicata, dentata, apice truncata, fissa.

*Maxilla* recta, porrecta labio paullo longior, cornea, compressa, bifida: laciniis subaequalibus, rotundatis.

*Labium* breue, corneum, obconicum, depressum, marginibus parum eleuatis, apice rotundatum, integrum.

*Antennae* filiformes, incuruae: articulo primo longissimo, cylindrico, reliquis breuissimis fere obsoletis.

*Larua* apoda, mollis.

*Puppa* quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

*Victus* laruae e nectare florum, melle, imaginis e rapina Apium, Muscarum.



## 118. ANDRENA. Apis Linn. Geoff.

*Os* maxillis, palpis linguaque inflexa trifida.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*anteriores* porrecti, longiores, sexarticulati: articulis cylindricis, aequalibus adhaerentes flexurae maxillae.

*posteriores* breuissimi, biarticulati: articulis aequalibus, cylindricis sub apice fetarum labii inserti.

*Mandibula* recta, cornea, fornicata, inermis.

*Maxilla* cornea, apice membranacea, compressa, inflexa, labio multo brevior lingua lacinias exteriores constituens.

*Labium* porrectum, cylindricum, basi corneum, apice membranaceum, inflexum, vtrinque iuxta flexuram setis duabus membranaceis, rectis, rigidis: exteriore longitudine dimidii labii, interiore brevissima, compressa, incurva.

*Antennae* breues, filiformes, subpetiolatae: articulo primo paullo longiori, secundo basi attenuato, reliquis aequalibus, breuibus.

*Larua* apoda, mollis: antice gibba, obtusa, postice attenuata.

*Puppa* quiescens, imagini simillima.

*Victus* & laruae & imaginis e nectare florum.





## 119. APIS. Linn. Geoff.

*O*s maxillis, palpis linguaque inflexa quinquefida.

*Palpi* quatuor, breuissimi, inaequales, filiformes.

*anteriores* paullo longiores, sexarticulati: articulis aequalibus flexurae maxillae adhaerentes.

*posteriores* quinquearticulati: articulis aequalibus, apici laciniarum exteriorum labii inserti.

*Mandibula* porrecta, cornea, recta, obtusa, dentata.

*Maxilla* porrecta, cornea: basi cylindrica cum labio connata, apice compressa, acuta, integra, marginibus membranaceis, in medio inflexa, laciniam linguae exteriorem constituens.

*Labium* porrectum, corneum, basi cylindricum, apice trifidum: laciniis lateralibus dilatatis, membranaceis, sub apice palpigeris, intermedia longiori retractili, tereti pilosa, lacinias interiores linguae constituens.

*Antennae* filiformes, breues: articulo primo





mo longissimo, incuruo, reliquis brevibus, aequalibus.

*Larva* apoda, mollis, gregaria intra cellulas hexangulares.

*Puppa* quiescens imagini simillima.

*Victus & larvae & imaginis* e nectare florum, melle, fructibus dulcibus.

*Obs.* Ap. longicornis & linguaria labio gaudent quinquefido laciniis exterioribus dilatatis palpigeris, secundariis minoribus tenuissimis, interiori tereti piloso.



## 120. NOMADA. Apis Linn.

*Os* maxillis, palpis linguaque inflexa, trifida.

*Palpi* quatuor inaequales, porrecti, filiformes.

*anteriores* breviores, sexarticulati: articulis aequalibus, cylindricis adhaerentes flexurae maxillae.

*posteriores* quadriarticulati: articulis cylindricis secundo longissimo, linguae formi labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, fornicata, arcuata, acuta, integra.

*Maxilla* basi cornea, cylindrica, apice porrecta, compressa, membranacea, acuta, integra linguae exteriorem laciniam constituens.

*Labium* cylindricum, elongatum, basi corneum, apice membranaceum, acutum, compressum, integrum, linguae laciniam interiorem constituens.

*Antennae* filiformes, breves, articulo primo paullo longiori, reliquis aequalibus, breuibus, rotundatis.

*Metamorphosis* & *Victus* & *larvae* & *imagine* latent.

*Obs.* Genus affine Apibus; differt tamen palpis posterioribus linguae formibus, quarum figura cylindrica & articuli veros esse palpos indicant.

## 121. TERMES. Linn.

Os maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, aequales, filiformes.

*anteriores* vix longiores, quadriarticulati: articulo primo brevissimo, reliquis aequalibus, cylindricis maxillae medio laterali adhaerentes.

*posteriores* triarticulati: articulo primo breviori, reliquis aequalibus, cylindricis labii medio inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, crassa, acuta, dentata.

*Maxilla* cornea, compressa, incurva, basi squama maxilla brevior, truncata, integra suffulta, apice emarginata: dentibus duobus validis, acutissimis; posteriore longiore.

*Labium* porrectum, corneum, basi cylindricum, canaliculatum apice quadrifidum, laciniis linearibus, acutis.

*Antennae* moniliformes: articulo primo brevi, crassiori.

*Larva* apoda, mollis, gregaria, lucifuga intra tubum cylindricum.

*Puppa* quiescens, immobilis.

*Victus* larvae & imaginis e rebus cibariis, culinariis, domesticis fere omnibus.

*Obj.* Neutra mandibulas gerunt exsertas, forcipatas, tenuiores.



## 122. FORMICA. Linn. Geoff.

Os maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, porrecti, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, sex articulati: articulis subaequalibus, cylindricis adhaerentes maxillae medio.

*posteriores* quinquearticulati: articulis aequalibus, breuissimis labii apici inserti.

*Mandibula* recta, cornea, lata, fornicata, apice obtusa, denticulata.

*Maxilla* submembranacea, arcuata, fornicata, compressa, obtusa, integra.

*Labium* porrectum longitudine maxillae, submembranaceum, cylindricum, truncatum, integrum.

*Antennae* filiformes: articulo primo longiori, cylindrico, reliquis breuibus, ultimo setaceo.

*Larua* apoda, mollis, alba, antice posticeque obtusa.

*Puppa* immobilis, quiescens.

*Victus* & laruae & imaginis e quisquiliis, rapina, saccharo, fructibus aliisque.

Maribus minoribus alatis, faeminis maioribus alatis & spadonibus apteris constat Formicarum respublica.



## 123. MVTILLA. Linn.

*Os* maxillis palpisque absque lingua.

*Palpi* quatuor, porrecti, inaequales, filiformes.

*anteriores* longiores, sex articulati: articulo tertio longissimo, reliquis aequalibus, obconicis: angulo interiori prominulo, ultimo seraceo maxillae apici adhaerentes.

*posteriores* breuiores, quinquearticulati: articulo secundo longissimo, obconico, quarto breuissimo, latiori labii apici inferri.

*Mandibula* cornea, subarcuata, acuta, integra.

*Maxilla* brevis, subcylindrica, recta, cornea, apice membranacea, integra, obtusa.

*Labium* corneum, obconicum, gibbum, truncatum, integrum, longitudine maxillae.

*Antennae* filiformes: articulo primo longiori, incuruo, reliquis breuibus aequalibus.

*Metamorphosis* & *Victus* & *laruae* & *imaginis* omnino adhuc latent.





*Classis IIII.*

AGONATA.

*O*, mandibulis palpisque absque maxillis.

*Palpi* sex inaequales, filiformes: anterioribus quatuor longioribus basi bifidis, apice incurvis os obtegentibus, posticis mandibulae dorso insertis.

*Clypeus* brevis, corneus, rotundatus, vix supra os exsertus.

*Mandibulae* duae transuersae, corneae, crassae, dorso palpigerae.

*Maxillae* omnino nullae.

*Labium* triplex, membranaceum, rotundatum, diuisum.

*Antennae* quatuor, sub oculis insertae.

GENERA



## GENERA Classis III.

125. CANCER.

126. PAGURVS.

127. SCYLLARVS.

128. ASTACVS.

129. GAMMARVS.



## 125. CANCER. Linn.

*Os* mandibulis palpisque absque maxillis.

*Palpi* sex inaequales: anterioribus quatuor, compressis latis totum os obtegentibus.

*anteriores* bifidi: laciniis longitudine aequalibus; interiori quadriarticulata: articulo primo longiori, secundo suborbiculato, ultimo acuminato, exteriori biarticulata: articulis aequalibus.

*medii* bifidi: laciniis inaequalibus; interiori latiori, breuiori, triarticulata: articulo secundo longiori, exteriori longiori, tenuiori, biarticulato: articulis aequalibus; ultimo incuruo.

*posteriores* breues, incurui, triarticulati: articulis aequalibus adhaerentes mandibulae dorso.

*Mandibula* brevis, crassa, cornea, apice rotundata, fornicata, obtusa.

*Labium* triplex: exterius octofidum, laciniis interioribus breuissimis, cylindricis, secundis tertiisque aequalibus, apice elongatis, subulatis, quartis latioribus



bus truncatis, apice exteriori seta subulata, longissima, tenui, acutissima.

*medium* quadrifidum, laciniis intermediis latissimis, brevioribus truncatis, fissis; exterioribus tenuioribus dorso setigeris apice subulatis porrectis.

*interius* paruum, quadrifidum: laciniis aequalibus; interioribus extrorsum crassioribus fornicatis, truncatis, exterioribus cylindricis.

*Antennae* quatuor brevissimae, aequales.

*exteriores* latae, petiolo laevi, vni-dentato.

*intermedii* palpiformes, quadriarticulati, articulo secundo longiori, ultimo acuminato, bifido.

*Metamorphosis* completa larua puppaque omnibus partibus completis agilibus.

*Victus* e rapina insectorum, ranarum pisciumque.



## 126. PAGURVS. Cancer Linn.

Os mandibulis palpisque absque maxillis.

*Palpi* sex subaequales: anterioribus quatuor totum os obtegentibus.

*anteriores* porrecti multo longiores, bifidi: laciniis inaequalibus; exteriori breuiori, quadriarticulata: articulo secundo longiori compresso, ultimo acuto annulato, interiori longiori, sexarticulata: articulis subaequalibus, pilosis; secundo extrorsum ferrato sub ore inserti.

*medii* breuiores, bifidi: laciniis aequalibus; exteriori acutissima, quadriarticulata: articulo secundo longissimo, interiori quinquearticulata: articulis compressis, ciliatis.

*posteriores* parui, triarticulati: articulo ultimo crassiori, compresso mandibulae dorso inserti.

*Mandibula* cornea, crassa, valida apice rotundata, obtusa, fornicata.

*Labium* triplex.

*exterius* quadrifidum: laciniis interioribus rotundatis, fornicatis, intus ciliatis, exterioribus rectis, subconicis,





nicis, apice basique interiori seta subulata, acuta palpiformi instructis.

*medium* quadrifidum: laciniis subaequalibus, fornicatis, interioribus basi interiori incisis, ciliatis; exterioribus apice subulatis basi interiori seta rigida acutissima instructis.

*interius* quadrifidum: laciniis interioribus rotundatis, arcte mandibula adhaerentibus, exterioribus longioribus, extrorsum crassioribus, ciliatis dorso seta valida instructis.

*Antennae* quatuor, inaequales, pedunculatae.

*exteriores* longiores, subulatae, multiarticulatae: pedunculo crassiori triarticulato; articulo secundo spinoso.

*interiores* breues, palpiformes, triarticulati: articulo secundo longiori, ultimo bifido, pedunculo vniarticulato, gibbo, spinoso.

*Metamorphosis* completa, larua puppaque omnibus partibus completis, agilibus.

*Victus* e rapina insectorum, ranarum pisciumque.



## 127. SCYLLARVS. Cancer. Linn.

*Os* mandibulis palpisque absque maxillis.

*Palpi* sex inaequales; anterioribus quatuor, porrectis obtegentibus.

*anteriores* longiores, quadriarticulati: articulis compressis, inaequalibus; primo tertioque brevioribus, basi exteriori squamula brevi cornea, arcuata, inarticulata, acuta armatis.

*medii* bifidi: laciniis subaequalibus; interiore triarticulata: articulis compressis, brevibus, ultimo incuruo, exteriori biarticulata, erecta, obtusa.

*posteriores* breues, setacei, triarticulati, incurui mandibulae dorso inferti.

*Mandibula* porrecta, cornea, intus canaliculata basi subcylindrica apice incrassata, concaua subemarginata.

*Labium triplex.*

*exterius* quadrifidum: laciniis rotundatis, subaequalibus.

*medium* bifidum: laciniis fissis, aequalibus.

*interius*



*interius* bifidum : laciniis extrorsum  
crassioribus, trifidis.

*Antennae* quatuor, inaequales.

*anteriores* paullo longiores, filiformes,  
quadriarticulati : articulis subaequa-  
libus; ultimo breviori bifido.

*posteriores* breues, bifidi : lacinia inte-  
riori biarticulata ; articulo primo  
rotundato breui, ultimo magno,  
compresso, rotundato, crenato, la-  
cinia exteriori inarticulata, com-  
pressa, carinata, acuta margineque  
spinoso.

*Metamorphosis* completa, larua puppaque  
omnibus partibus completis, agilibus.

*Victus* e rapina insectorum aquatilium pi-  
sciumque minimorum.



128. ASTACVS. Cancer Linn. Geoff.

Os mandibulis palpisque absque maxillis.

*Palpi* sex, inaequales: anterioribus quatuor porrectis, os obtegentibus.

*anteriores* longiores, bifidi: laciniis inaequalibus; interiore longiore, quadriarticulata: articulo secundo tertioque longioribus, exteriori breui, acutissima, triarticulata.

*medii* bifidi: laciniis aequalibus; interiore, crassiori, triarticulata: articulo secundo breuissimo, ultimo crassiori, inflexo, exteriori subulata, tenuiori, inarticulata.

*posteriores* breues, setacei, triarticulati mandibulae dorso inserti.

*Mandibula* breuis, crassa, cornea, bifida: lacinia interiore cylindrica, recta, apice dentata; exteriori fornicata, apice truncata, dentata.

*Labium* triplex.

*exterius* quadrifidum: laciniis subaequalibus, interioribus inferne serratis, exterioribus filis, apice seta subulata, porrecta, acuta.

*medium*



*medium* bifidum: laciniis rotundatis, trifidis; pinna media acutiore, brevior.

*interius* bifidum: laciniis extrorsum crassioribus, quinquefidis; pinna media longiore.

*Antennae* quatuor, inaequales, multiarticulatae, pedunculatae.

*anteriores* longiores, setaceae, multiarticulatae: pedunculo articulado, crasso, spinoso.

*posteriores* multiarticulatae, ad basin fissae: pedunculo articulado, spinoso.

*Metamorphosis* completa, larua puppaque omnibus partibus completis, agilibus.

*Victus* e rapina insectorum aquatilium, ranarum, pisciumque.





129. GAMMARVS. Cancer. Linn.  
Geoff. Oniscus Pallas.

*Os* mandibulis palpisque absque maxillis.

*Palpi* sex, inaequales, filiformes: anterioribus quatuor porrectis, os obtinentibus.

*anteriores* longiores, compressi, bifidi: lacinia interiori quadriarticulata; articulo ultimo incuruo, exteriori breviori, vix articulata.

*medii* paullo breviores, bifidi: laciniis subaequalibus; interiori triarticulata, exteriori subulata, acuta.

*posteriores* breues, filiformes, triarticulati mandibulae dorso inserti.

*Mandibula* brevis, cornea, crassa, fornicata, obtusa, vix dentata, dorso palpigera.

*Labium* triplex membranaceum.

*exterius* quadrifidum: laciniis subaequalibus, linearibus.

*medium* bifidum: laciniis rotundatis, diuisis, aequalibus.

*interius*



*interius* bifidum: laciniis aequalibus,  
rotundatis, extrorsum crassioribus,  
diuisis.

*Antennae* quatuor inaequales, peduncula-  
tae, simplicissimae.

*anteriores* breuiores, subulatae: pedun-  
culo biarticulato.

*posteriores* longiores, fetaceae: pedun-  
culo triarticulato.

*Metamorphosis* completa larua puppaque  
omnibus partibus completis, agilibus.

*Victus* e rapina minimorum aquatilium  
plantisque aquaticis.



## Classis V.

## VNOGATA.

*O*, maxillis palpisque.

*Palpi* duo, breues, saepius filiformes, interdum maxillae inferti, incumbentes, interdum palato inter mandibulas maxillasque adhaerentes.

*Clypeus* horizontalis, corneus, rotundatus, os superne tegens.

*Mandibulae* duae transuersales, corneae, mobiles, breues, gibbae, interdum concauae, vnguiculatae latera oris superne includentes.

*Maxillae* duae, transuersales, mobiles, membranaceae, saepius vnguiculatae, latera oris inferne includentes.

*Labium* porrectum, liberum, os inferne claudens.

*Antennae* breuissimae, filiformes sub oculis insertae.

GENERA



## GENERA Classis V.

130. LIBELLULA.

131. AESHNA.

132. AGRION.

133. IVLVS.

134. SCOLOPENDRA.

135. TROMBIDIVM.

136. ARANEA.

124. SCORPIO.

137. PHALANGIVM.



## 130. LIBELLVLA. Linn. Geoff.

Os maxillis palpisque.

*Palpi* duo filiformes, multiarticulati: articulis obsoletis, vix distinguendis maxillae dorso inserti, cui superincumbunt.

*Mandibula* brevis, cornea, crassa, gibba, basi dentata, apice acuminata.

*Maxilla* porrecta, cornea, compressa, basi dilatata, ciliata, apice unguiculata, acutissima, dentata.

*Labium* porrectum, exsertum, membranaceum, trifidum: laciniis lateralibus maioribus, fornicatis, rotundatis, ciliatis totum os obtegentibus, tertia dorsali, minutissima, rotundata, vix emarginata.

*Antennae* breves, filiformes: articulis vix distinguendis, brevissimis.

*Larua* hexapoda, agilis: ore forcipe articulato, bifido, membranaceo tecto.

*Puppa* hexapoda, agilis, laruae simillima at rudimentis alarum.

*Victus* & laruae & puppae e rapina insectorum aquatilium, imaginis e rapina Antliatorum.



131. AESHNA. Libellula Linn. Geoff.

*O*s maxillis palpisque duobus.

*Palpi* duo, porrecti, pilosi, subcornei, incumbentes: articulis plurimis, breuissimis, obsoletis longitudine maxillae, maxillae dorso inserti.

*Mandibula* crassa, cornea, arcuata, dentata, exserta.

*Maxilla* cornea, valida, compressa, arcuata, dentata, apice bifida: dente interiori mobili.

*Labium* porrectum, fornicatum, submembranaceum, trifidum: lacinia intermedia rotundata, canaliculata apice emarginata; lateralibus ouatis, oblique truncatis, dentatis: dente superiori majori, validiori, inflexo.

*Antennae* breues, filiformes: articulis obsoletis vix distinguendis, breuissimis.

*Larua* hexapoda, agilis, currens: ore forcipe articulado, unguiculato, acuto, tecto.

*Puppa* hexapoda, agilis laruae simillima at alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & puppae e rapina insectorum aquatilium, imaginis e Antliatorum.



## 132. AGRION. Libellula Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* duo breues, filiformes, multiarticulati: articulis subobsoletis, vix distinguendis maxillae dorso inserti, cui superincumbunt.

*Mandibula* breuis, crassa, cornea, gibba, apice acuminata, dentata.

*Maxilla* porrecta, cornea, compressa, basi dilatata, apice unguiculata, acutissima, dentata.

*Labium* porrectum, membranaceum, rotundatum, trifidum: laciniis exterioribus tenuissimis, sublongioribus, apice bifidis, acutissimis, intermedia maiori, latiore, apice emarginata.

*Antennae* breues, filiformes: articulis obsoletis, vix distinguendis, breuissimis.

*Larua* hexapoda, agilis, currens: ore forcipe articulado, bifido; lacinia exteriori unguiculis pluribus armato, tecto.

*Puppa* hexapoda, currens, laruae simillima at alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & puppae e rapina insectorum aquatilium, imaginis e Antliatorum.



## 133. IVLVS. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* duo, breues, filiformes, compressi, connati, quadriarticulati: articulo secundo longiori, ultimo ouato obtuso, inter mandibulas maxillasque inserti.

*Mandibula* breuis, crassa, gibba margine interiori serrata apice obtusa, bifida.

*Maxilla* breuis, membranacea, filiformis, integra.

*Labium* magnum, porrectum, membranaceum, rotundatum, apice crenatum, emarginatum.

*Antennae* filiformes, sexarticulatae: articulis aequalibus, submoniliformibus, ultimo obtuso.

*Metamorphosis* completa.

*Larua* polypoda, agilis, currens matri simillima.

*Puppa* polypoda, agilis, imagini simillima.

*Vitæ* & laruae, & puppae & imaginis e rapina insectorum minimorum, Acarorum, aliorumque.



134. SCOLOPENDRA. Linn. Geoff.  
*O* maxillis palpisque.

*Palpi* duo aequales, connati, compressi, quadriarticulati: articulo secundo longissimo, ultimo acutissimo, subulato palato inter mandibulas maxillasque inserti.

*Mandibula* brevis, fornicata, basi annulata, apice obtusa, rotundata, fissa.

*Maxilla* magna, porrecta, cornea, arcuata, acutissima, basi unidentata.

*Labium* breve, corneum, rigidum, apice truncatum, dentatum, bifidum: lacinis aequalibus, obtusis.

*Antennae* porrectae, setaceae, multiarticulatae: articulis aequalibus, breuibus; secundo paullo maiore.

*Metamorphosis* completa.

*Larua* polypoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Puppa* polypoda, agilis, currens imagini simillima.

*Victus* omnium e rapina insectorum minorum.



135. TROMBIDIUM. Acarus Linn.  
Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* duo porrecti, incurui, maxillas aemulantes, filiformes quadriarticulati: articulis cylindricis; secundo gibbo, crassiori, ultimo corneo, acutissimo, arcuato os obtegentes.

*Mandibula* recta, porrecta, compressa, basi excavata, apice unguiculo corneo, arcuato, acutissimo armata.

*Maxilla* brevissima, incurua, approximata.

*Labium* porrectum, conicum, membranaceum, concavum, involutum, pilosum, maxillas recipiens.

*Antennae*, quantum video, omnino nullae.

*Metamorphosis* completa.

*Larua* octopoda agilis, currens, omnibus partibus completa, imagini simillima.

*Puppa* octopoda, agilis, currens imagini simillima.

*Victus* & laruae & puppae & imaginis e rapina aliorum insectorum, quisquiliis.





## 136. ARANEA. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* duo porrecti, aequales, incurui, quadriarticulati: articulo secundo longissimo, ultimo obtuso maxillae dorso adhaerentes.

*Mandibula* brevis, crassa, cornea, approximata, caua, cylindrica, apice vnguiculata, acutissima.

*Maxilla* brevis, crassa, cornea, cylindrica, apice vnguiculo arcuato, acutissimo armata.

*Labium* breue, membranaceum, apice rotundatum, integrum.

*Antennae*, quantum videre licet, omnino nullae.

*Metamorphosis* completa.

*Larua* octopoda, agilis, currens, omnibus partibus completa, imagini simillima.

*Puppa* octopoda, agilis, currens imagini simillima.

*Victus* & laruae & puppae & imaginis e rapina aliorum insectorum inprimis Antliatorum.

*Obs.* I. *Palpi* maris articulo ultimo clauato, vesiculoso apice acuminato sunt genitalia.

*Obs.* II. *Situs oculorum* in speciebus differt & subdiuisiones generis distinctissimas praebet.



## 124. SCORPIO. Linn. Chelifer. Geoff.

*Os* maxillis palisque.

*Palpi* duo elongati, cheliferi, quadriarticulati: articulis cylindricis; primo brevissimo, ultimo ad medium bifido: laciniis conniuentibus, aequalibus, exteriori articulato, mobili sub maxillis inserti.

*Mandibula* brevis, crassa, cylindrica, dorso gibbo, apice unguiculata: unguibus duobus arcuatis, acutissimis.

*Maxilla* brevis, cornea, fornicata, apice unguiculo arcuato, acuto labium includens.

*Labium* rectum, porrectum, corneum, bifidum: laciniis aequalibus, obtusis.

*Antennae*, quantum video, omnino nullae.

*Metamorphosis* completa.

*Larua* octopoda, agilis, currens omnibus partibus completa, imagini simillima.

*Puppa* octopoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Victus* & laruae & puppae & imaginis e rapina insectorum vermiumque.



## 137. PHALANGIVM. Linn. Geoff.

*Os* maxillis palpisque.

*Palpi* duo aequales, incurui, elongati, scabri, filiformes, quadriarticulati: articulo secundo quartoque longioribus, tertio interne bidentato maxillae dorso inserti.

*Mandibula* porrecta, cornea, arcuata, rigida, biarticulata: articulo secundo dente mobili chelifero acutissimo.

*Maxilla* brevis, cylindrica, membranacea, caua, apice truncata, obtusa.

*Labium* breue, rotundatum, membranaceum & fere vesiculosum, bifidum: laciniis rotundatis, aequalibus.

*Antennae*, quantum videre licet, omnino nullae.

*Metamorphosis* completa.

*Larua* octopoda, omnibus partibus completa imagini simillima.

*Puppa* octopoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Victus* & laruae & puppae & imaginis e rapina aliorum Insectorum, vermiumque.

*Obs.* *Phalangii cornuti* articulus palporum penultimus digito mobili palpiformi instructus.

*Classis*



## Classis VI.

## GLOSSATA.

*Os* lingua spirali palpisque absque maxillis, mandibulis labioque.

*Clypeus* breuissimus, corneus, rugosus, integer, vix basin linguae spiralis regens.

*Palpi* duo, interdum quatuor, compressi, ouati, pilosi, reflexi os obtegentes sub ore inserti.

*Lingua spiralis* porrecta, inuoluta, setacea, mox cornea, mox membranacea, bifida: laciniis aequalibus, acutis, intus canaliculatis inter palpos inserta, latens.

*Antennae* elongatae.

*Obs.* Characteres generum huius classis mihi nondum satis fecerunt.



## GENERA Classis VI.

138. PAPILIO.

139. SPHINX.

140. SESIA.

141. ZYGAENA.

142. BOMBYX.

143. HEPIALVS.

144. NOCTVA.

145. PHALAENA.

146. PYRALIS.

147. TINEA.

148. ALVCITA.

149. PTEROPHORVS.





## 138. PAPILIO. Linn. Geoff.

*Os* lingua spirali palpisque absque maxillis.

*Palpi* duo aequales, compressi, ouati, acuti, pilosi, reflexi os obtegentes sub ore inserti.

*Lingua spiralis* porrecta, elongata, cornea, inuoluta, fetacea, bifida: laciniiis aequalibus, acutis, intus canaliculatis inter palpos inserta, latens.

*Clypeus* brevis, corneus, conicus, acutus, integer, rugosus, vix basin linguae exteriorem regens.

*Antennae* elongatae multiarticulatae, clauatae: claua capitata, ouata, obtusa.

*Larua* XVI poda, agilis, currens, spinis compositis saepius armata, interdum nuda, tentaculata.

*Puppa* nuda, quiescens, plerumque nodosa interdum filis quibusdam apicis, interdum filis in medio alligatis adhaerens.

*Victus* laruae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum succoque arborum exsudante.

*Obs.* Equitum plures species antennas gerunt filiformes absque omni claua.



## 139. SPHINX. Linn. Geoff.

*Os* palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo reflexi, compressi, aequales, ouati, obtusi, hirsutissimi sub ore inferti os regentes.

*Lingua* spiralis, cornea, porrecta, exserta, inuoluta, filiformis, truncata, obtusa, bifida: laciniis intus canaliculatis supra palporum basin inserta.

*Clypeus* brevis, corneus, truncatus, fornicatus, integer linguae basin superne regens.

*Antennae* filiformes multiarticulatae: articulis aequalibus, subtus squamula parua, erecta, obtusa armatis.

*Larua* XVI poda, agilis postice plerumque cornu erecto rigido, acuto armata.

*Puppa* quiescens, nuda, laevis, glabra, postice obtusissima.

*Victus* laruae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum.

*Obs.* S. ocellatae lingua breuissima, haud exserta.



140. SESIA. Sphinx Linn. Geoff.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo, compressi, aequales, ovati, acuminati; pilosi sub ore inserti totum os regentes.

*Lingua spiralis* cornea, exserta, porrecta, inuoluta, filiformis, obtusa, truncata, bifida: laciniis aequalibus, obtusis, intus canaliculatis supra palporum basin inserti.

*Clypeus* brevis, corneus, rotundatus, apice acuminatus, vix basin linguae regens.

*Antennae* cylindricae, extrorsum crassiores, multiarticulatae: articulis aequalibus.

*Larva* XVI poda, agilis, plerumque nuda, inermis, antice attenuata.

*Puppa* quiescens, nuda, laevis, antice posticeque acuminata.

*Victus* larvae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum.



141. ZYGAENA. Sphinx Linn. Geoff.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo aequales, compressi, reflexi, pilosi, ovati, acuminati sub ore inserti totum os regentes.

*Lingua spiralis* cornea, exserta, porrecta, inuoluta, setacea, acuta, bifida: laciniis aequalibus, setaceis, acutis, intus canaliculatis supra palporum basin inserti.

*Chlypeus* brevis, corneus, rotundatus, integer vix linguae basin tegens.

*Antennae* porrectae, multo articulatae, ante apicem saepius crassiores, apice acuminatae.

*Larua* XVI poda, agilis, crassa, obesa, pilis breuibus recta.

*Puppa* quiescens, folliculata, antice parum attenuata.

*Victus* laruae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum.

*Obs.* Species quaedam antennas gerunt filiformes, pectinatas.



## 142. BOMBYX. Phalaena Linn. Geoff.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo aequales, compressi, pilosi, reflexi, obtusi, sub ore inserti, totum os obtegentes.

*Lingua spiralis* brevis, membranacea, vix exserta, filiformis, obtusa, bifida: laciniis aequalibus, filiformibus, subcylindricis, intus canaliculatis supra palporum basin inserti.

*Glypeus* brevis, corneus, hirtus, apice acuminatus, linguae basin superiorem regens.

*Antennae* filiformes, multiarticulatae, apice acutae.

*Larva* XVI poda, agilis, currens, saepius pilosa, subcylindrica.

*Puppa* quiescens, folliculata, cylindrica, apice acuminata.

*Victus* larvae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum.

*Obs.* Antennae semper filiformes, maris saepius pectinatae.





143. HEPIALVS. Phalaena Linn. Geoff.

Os palpis, linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo aequales, reflexi, obtusi, membranacei, compressi, hirsuti, sub ore inserti, os obtegentes.

*Linguae spiralis* rudimentum breue, membranaceum, latum, depressum, bifidum: laciniis aequalibus, obtusis, rotundatis inter palpos insertum.

*Clypeus* breuis, corneus, rotundatus, integer, linguae basin superne regens.

*Antennae* breues, filiformes: articulis plurimis, distinctis, aequalibus, rotundatis.

*Larua* XVI poda, agilis, currens, subcylindrica, saepius glabra.

*Puppa* quiescens, folliculata, cylindrica, apice acuminata.

*Victus* laruae e radicibus plantarum, imaginis e nectare florum.

## 144. NOCTVA. Phalaena. Linn. Geoff.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo, aequales, reflexi, compressi, pilosi, apice cylindrici, nudi, obtusi, membranacei, sub ore inserti, os obtegentes.

*Lingua spiralis* cornea, exserta, porrecta, inuoluta, setacea, acuta, bifida: laciniis aequalibus setaceis, acutis, intrus canaliculatis inter palpos inserta.

*Clypeus* brevis, corneus, rotundatus, integer, vix linguae spiralis basin superiorem tegens.

*Antennae* setaceae, articulis plurimis aequalibus, cylindricis, vix distinguendis, ultimo acuto.

*Larva* XVI- poda, agilis, currens, subcylindrica, saepius glabra.

*Puppa* folliculata, cylindrica, apice acuminata.

*Victus* laruae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum.

*Obs.* Antennae plerumque simplices, maris rarius pectinatae.



## 145. PHALAENA. Linn. Geoff.

*Os* palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo aequales, reflexi, compressi, membranacei, stuposi, subnudi, cylindrici, obtusi, sub ore inserti os tergentes.

*Lingua spiralis* membranacea, exserta, setacea, inuoluta, bifida: laciniis aequalibus, setaceis, intus canaliculatis supra basin palporum inserta.

*Clypeus* brevis, corneus, rotundatus, integer basin linguae superne regens.

*Antennae* filiformes: articulis plurimis, brevibus, aequalibus, obsoletis.

*Larva* VIII — X poda agilis, currens, cylindrica, glabra.

*Puppa* folliculata, cylindrica, apice acuminata.

*Victus* larvae e foliis plantarum, imaginis e nectare florum.

*Obs.* Subdiuisio specierum in pectinicornes & seticornes vix valet, quum mas faeminae seticornis saepius pectinicornis.



146. PYRALIS. Phalaena. Linn. Geoff.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo aequales, nudi, stuposi, reflexi, basi cylindrici, medio ouati, dilatati, apice setacei sub ore inserti totum os obtegentes.

*Lingua spiralis* porrecta, membranacea, inuoluta, setacea, bifida: laciniis aequalibus, setaceis, acutis supra palporum basin inserta.

*Clypeus* brevis, corneus, truncatus, latus, integer vix basin linguae superne tegens.

*Antennae* filiformes, simplices: articulis breuibus, aequalibus, obsoletis.

*Larua* XVI poda, agilis, currens, plerumque intra cucullum e foliis plantarum contortis filis paucioribus connexis latens.

*Puppa* quiescens, cylindrica, antice acuminata, postice obtusa.

*Vitus* laruae e foliis plantarum; imaginis e nectare florum.



147. **TINEA.** Geoff. Phalaena Linn.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* quatuor, inaequales.

*anteriores* longiores, porrecti, filiformes, cylindrici, membranacei, obtusi, basi nudi, subarticulati, apice subhirti, sub ore inserti os tegentes.

*posteriores* multo breuiores, nudi, cylindrici, obtusi, bifidi: laciniis aequalibus vtrinque ad basin linguae inserti.

*Lingua spiralis* membranacea, exserta, fetacea, bifida: laciniis aequalibus, fetaceis, intus canaliculatis inter palpos inferiores inserta.

*Clypeus* brevis, corneus, rotundatus, integer, pilosus linguae basin tegens.

*Antennae* fetaceae: articulis plurimis, aequalibus, brevissimis, obsoletis.

*Larva* XVI. poda, agilis, currens, intra cucullum saepius latens.

*Puppa* quiescens, subcylindrica, antice acuminata.

*Victus* larvae e foliis plantarum, rebus culinariis, vestimentis, pellibus aliisque.





148. ALVCITA. Phalaena Linn.  
Tinea. Geoff.

Os palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo reflexi, porrecti, cylindrici, nudi, aequales, membranacei, acuti, vsque ad medium bifidi: laciniis subaequalibus linearibus; interiori acutissima, nuda, exteriori hirsuta, sub ore inserti os regentes.

*Lingua spiralis* membranacea, porrecta, fetacea, inuoluta, bifida: laciniis aequalibus, fetaceis, intus canaliculatis ad basin palporum inserta.

*Clypeus* porrectus, corneus, rotundatus, hirtus, integer basin linguae tegens.

*Antennae* fetaceae: articulis breuibus, plurimis, aequalibus vix distinguendis.

*Larua* XVI- poda agilis, currens, saepius intra cucullum latens.

*Puppa* quiescens, subcylindrica, antice acuminata.

*Victus* laruae e foliis plantarum.



149. PTEROPHORVS. Geoff.  
Phalaena Linn.

*Os* palpis linguaque spirali absque maxillis.

*Palpi* duo tenuissimi, cylindrici, filiformes, reflexi, nudi, apice subulati, acuti, membranacei sub ore inserti totum os regentes.

*Lingua spiralis* membranacea, porrecta, elongata, setacea, acuta, bifida: laciniiis aequalibus, intus canaliculatis, acutis supra palporum basin inserta.

*Clypeus* porrectus, membranaceus, truncatus, nudus, obtusus, integer linguae basin tegens.

*Antennae* setaceae: articulis plurimis brevissimis, aequalibus vix distinguendis.

*Larva* XVI. poda, agilis, currens, ovata, pilosa.

*Puppa* quiescens, nuda, subcylindrica apice subulata.

*Victus* laruae e foliis plantarum, imaginis vix vllus.



Classis VII.

RYNGOTA.

*O*, rostro absque maxillis, mandibulis palpisque.

*Rostrum* inflexum, cylindricum: vagina univalui, articulata, obtusa fetisque plerumque tribus, filiformibus, aequalibus, acutis.

*Labium* porrectum, corneum, acutum, rigidum, rostri basin superne tegens.

*Antennae* breves, saepius filiformes, tenuissimae.

*Pulex* a reliquis generibus huius classis differt vagina bivalui, seta unica, laminis duabus ad vaginae basin insertis & metamorphosi.



GENERA Classis VII.

150. FVLGORA.

page 297 → 151. MEMBRACIS.

page 298 → 152. TETTIGONIA.

" 298 → 153. CICADA.

154. CERCOPIS.

155. NOTONECTA.

156. SIGARA.

157. NEPA.

158. NAVCORIS.

159. ACANTHIA.

160. CIMEX.

161. REDVVIVS.

162. PVLEX.

163. APHIS.

164. CHERMES.

165. COCCVS.

166. THRIPS.

✓  
○ 150. FVLGORA. Linn.

Os rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* elongatum, inflexum, filiforme, obtusum.

*Vagina* uniuersalis, cornea, cylindrica, supra canaliculata, quinque articulata: articulo secundo breuissimo, quarto longissimo, ultimo breuiori obtuso.

*Setae* tres intra vaginam retractiles, filiformes, acutae; intermedia sublongiori.

*Labium* porrectum, corneum, rigidum acutum, carinatum, superne rostrum tegens.

*Antennae* breues, crassae, in fouea capitis recondendae, capitatae.

*Stipes* annulatus, retractilis, basin capituli vaginans.

*Capitulum* oblongum, apice excavato retusum, seta filiformi acuta longitudine antennarum.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima at aptera.

*Puppa* hexapoda agilis, currens imagini simillima at folis alarum rudimentis.

*Victus* e succo plantarum, quem rostro haurit.





151. MEMBRACIS. Cicada Linn.

O<sup>s</sup> rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* inflexum, obtusum.

*Vagina* porrecta, uniuersalis, cylindrica, obtusa, superne canaliculata, triarticulata: articulo primo brevissimo, reliquis aequalibus sub setis inserta.

*Setae* tres aequales, coniuventes, arcte sibi inuicem adhaerentes, subulatae, in vaginae canali recondendae ad basin vaginae insertae.

*Labium* elongatum, corneum, conicum, rigidum apice membranaceum, subulatum, acutum, setarum basin regens.

*Antennae* tenuissimae, breues, subulatae fronti insertae.

*Larua* hexapoda, currens, imagini similima, aptera.

*Puppa* hexapoda, currens, imagini simillima at rudimentis tantum alarum.

*Victus* & laruae & puppae & imaginis e succo plantarum.



152. TETTIGONIA. Cicada Linn.

rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* porrectum, inflexum.

*Vagina* conuoluta, uniuersalis, biarticulata: articulo primo crassiori, inaequali, secundo longiori, cylindrico, setas continens sub capitis apice inserta.

*Setae* tres, aequales, filiformes, apice subulatae, tenues capitis apici insertae.

*Labium* breue, membranaceum, acutum, integerrimum basin setarum tegens.

*Antennae* setaceae: articulo primo crassissimo, reliquis aequalibus fronti insertae.

*Larua* hexapoda, currens, aptera imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, currens imagini simillima at folis alarum rudimentis.

*Victus* e succo plantarum rostro hauriendo.



153. CICADA. Linn.

*O*s rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* breue, inflexum.

*Vagina* breuissima, vniualuis, membranacea, cylindrica, obtusa, triarticulata: articulis subaequalibus, secundo subcrassiori sub setarum basi inserta.

*Setae* tres porrectae, subulatae acutae, vagina longiores, inaequales: intermedia longiori, acutiori supra basin vaginae insertae.

*Labium* porrectum, membranaceum, tenuissimum, acutum basin setarum superne regens.

*Antennae* tenuissimae, subulatae: articulis vix distinguendis sub oculis insertae.

*Larua* hexapoda currens imagini simillima at aptera.

*Puppa* hexapoda, currens imagini simillima at folis alarum rudimentis.

*Victus* omnium e succo plantarum.



## 154. CERCOPIS. Cicada Linn. Geoff.

*Os* rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* inflexum.

*Vagina* porrecta, univalvis, obtusa, superne canaliculata, triarticulata: articulo secundo maiori, tertio subconico, sub setarum basi inserta.

*Setae* tres, subulatae, acutae in vaginae dorso latentes, inaequales: intermedia longiori sub capitis apice insertae.

*Labium* abbreviatum, membranaceum, truncatum, emarginatum basin setarum regens.

*Antennae* subulatae, tenuissimae: articulis vix distinguendis sub oculis insertae.

*Larva* hexapoda, currens, agilis imagini simillima at aptera.

*Puppa* hexapoda currens, agilis imagini simillima at solis alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & puppae & imaginis e succo plantarum.



## 155. NOTONECTA. Linn. Geoff.

*Os* rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* arcuatum, inflexum.

*Vagina* porrecta, cornea, univalvis, obtusiuscula, concaua, triarticulata: articulo secundo longissimo, crassiori, fetus continens.

*Setae* tres, setaceae, subulatae, acutae, inaequales: intermedia longiori ad basin vaginae insertae.

*Labium* rigidum, conicum, corneum, apice membranaceum, acuminatum basi dilatatum rostri basin tegens.

*Antennae* breues, triarticulatae: articulo primo & secundo cylindricis, ultimo breuiore setaceo, sub oculis insertae.

*Larua* hexapoda, agilis, natans, imagini simillima at aptera.

*Puppa* hexapoda agilis, natans imagini simillima at solis alarum rudimentis.

*Victus* omnium e succo animalculorum aquaticorum.





156. SIGARA. Notoneſta Linn.  
Corixa Geoff.

*Oſ* porrectum, corneum roſtro, absque pal-  
pis maxillisque.

*Roſtrum* breue, subinflexum.

*Vagina* uniuersalis, breuis, subarcuata,  
conica, acuminata, cornea, con-  
caua, lateribus spinosa, transuerſe  
fulcata torum os obtegens.

*ſetae* tres ſetaceae, subulatae, acutae,  
diſtantes, inaequales: intermedia  
longiori sub capitis apice insertae.

*Labium* nullum at vagina capiti adhaeret,  
os vtrinque regit.

*Antennae* breuiſſimae, filiformes, triarticu-  
latae: articulis aequalibus sub oculis  
insertae.

*Larua* hexapoda, agilis, natans, imagini  
ſimillima, at aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, natans, imagini  
ſimillima, at ſolis alarum rudimentis.

*Viſtus* e rapina animalculorum aquatico-  
rum.



157. NEPA. Linn. Hepa Geoff.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* breue, arcuatum, acutum, inflexum.

*Vagina* vniualuis, cornea, rotundata, subulata, acutiufcula, triarticulata: articulo primo breuiffimo, secundo longiffimo, tertio tenuiori.

*Setae* tres subulatae, acutae, inaequales: intermedia longiore acutiore, lateralibus duplo breuioribus, intra vaginam latitantes.

*Labium* vix vllum, truncatum, haud exfertum.

*Antennae* breues, palmato-diuisae, sub oculis insertae, in fossula oculorum recondendae.

*Larua* hexapoda, agilis, natans, imagini fimillima, at aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, natans, imagini fimillima, at folis alarum rudimentis.

*Victus* e succo animalium aquaticorum.



158. NAVCORIS. Geoff. Nepa Linn.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* breue, inflexum.

*Vagina* uniuersalis, cornea, rotundata, subulata, acutiuscula, triarticulata: articulo primo & secundo crassioribus, tertio breuiori, subulato.

*Setae* tres filiformes, vagina longiores, apice subulatae, acutae, inaequales: intermedia longiore, acutiore, rigidior supra basin vaginae insertae.

*Labium* corneum, porrectum, apice rotundatum, integrum, primum rostri articulum tegens.

*Antennae* breuissimae, filiformes, sub oculis insertae.

*Larua* hexapoda, agilis, natans, imagini simillima, at aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, natans, imagini simillima, at solis alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & imaginis e succo animalium aquaticorum.



159. ACANTHIA. Cimex Linn. Geoff.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* elongatum, inflexum.

*Vagina* univalvis, recta, cylindrica, cornea, acutiuscula, triarticulata: articulis cylindricis, subaequalibus; secundo parum longiori sub capitis apice inserta.

*Setae* tres, filiformes, acutae, inaequales: intermedia parum longiore.

*Labium* nullum.

*Antennae* porrectae, filiformes, triarticulatae: articulis subaequalibus, cylindricis ante oculos insertae.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, at aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens imagini simillima, at folis alarum rudimentis.

*Victus* & laruae & imaginis e succo animalium plantarumque.



## 160. CIMEX. Linn. Geoff.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* elongatum, inflexum.

*Vagina* univalvis, porrecta, cylindrica, cornea, obtusa, supra canaliculata, subtus rotundata, fetas includens, quadriarticulata: articulis inaequalibus; primo crassiori, secundo longissimo.

*Setae* tres conniuentes, subulatae, acutae, subaequales: intermedia parum longiori.

*Labium* elongatum longitudine dimidiae setae, validum, subulatum, annulatum, acutum, fetas superne regens.

*Antennae* porrectae, filiformes, quadriarticulatae: articulis cylindricis: primo longiori ante oculos ad latera rostri insertae.

*Larva* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, at aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, at solis alarum rudimentis.

*Victus* e succo animalium plantarumque.





161. REDVVIVS. Cimex Linn. Geoff.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* breue, arcuatum, inflexum.

*Vagina* cylindrica, cornea, apice setacea, setas continens, biarticulata: articulo primo breuiori, crassiori, cylindrico, secundo longiori, subulato, acutissimo.

*Setae* tres conniuentes, subulatae, acutae, inaequales: intermedia longiore.

*Labium* vix vllum, truncatum, nec supra basin rostri porrectum.

*Antennae* porrectae, setaceae, triarticulatae: articulis cylindricis, vltimo breuiori supra oculos insertae.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, at aptera saepiusque quisquiliis obiecta.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, at solis alarum rudimentis.

*Victus* e succo animalium.



## 162. PVLEX. Linn. Geoff.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* elongatum, inflexum.

*Vagina* cylindrica, bivalvis: valvulis aequalibus, rotundatis, canaliculatis, quinquearticulatis: articulis subaequalibus; ultimo obtuso.

*Seta* vnica filiformis, acuta, canaliculata, vagina sublongior.

*Laminae* duae, ovatae, acutiusculae, vagina multo breuiores ad basin lateralem vaginae insertae.

*Labium* abbreviatum, rotundatum, aculeis reflexis ciliatum vix basin rostri tegens.

*Antennae* porrectae, extrorsum crassiores, quadriarticulatae: articulis obconicis; ultimo maiori ovato.

*Larua* apoda, cylindrica, agilis spinis duobus, cylindricis, subcaudalibus.

*Puppa* quiescens, immobilis, imagini similima.

*Victus* e succo sanguineque animalium, quisquiliis.

*Obs.* Singulare sane insectum. Differt ab hac classe vagina bivalvi, ab Antliatis defectu proboscidis palporumque vaginae articulata. Ab ambabus vero metamorphosi, qua ad Vlonata accedit.



## 163. APHIS. Linn. Geoff.

*Os* rostro absque palpis maxillisque.

*Rostrum* elongatum, inflexum.

*Vagina* porrecta, inuoluta, cylindrica, setam continens, quinquearticulata: articulo primo maiori, ultimo acuminato.

*Seta* vnica, tenuissima, filiformis, apice acuminata, vagina longior, retractilis, intra vaginam latens supra eius basin inserta.

*Labium* breue, fornicatum, truncatum, integrum.

*Antennae* porrectae, setaceae: articulo primo crassiori fronti insertae.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, aptera, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Victus* & laruae & imaginis e succo plantarum.

*Obs.* Aphides aestate viuiparae, autumnouiparae. Aliae apterae, aliae alatae absque sexus discrimine in eadem specie.



## 164. CHERMES. Linn. Geoff.

*Os* rostro absque maxillis palpisque.

*Rostrum* elongatum, inflexum vagina pectorali.

*Vagina* membranacea, cylindrica, obtusa, triarticulata: articulis subaequalibus pectori inter femora antica inserta.

*Setae* tres sericeae, acutae, inaequales: intermedia sublongiori capitis apice insertae intra vaginam pectoralem latentes.


*Labium* conicum, acutum, compressum, basi dilatatum, corneum basin setarum superne tegens.

*Antennae* breves, cylindricae, apice seta antennae longiori armata.

*Larva* hexapoda, aptera, saepe villosa, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima solis tamen alarum rudimentis.

*Victus* e succo plantarum.



## 165. COCCVS. Linn. Geoff.

*Os* rostro abque maxillis palpisque.

*Rostrum* breue, inflexum vagina fetisque pectoralibus.

*Vagina* cylindrica, membranacea, ob-rufa, triarticulata: articulis aequalibus pectori inter femora antica inserta.

*Setae* tres subaequales: intermedia paulo longiore, acutae ad basin vaginae pectori insertae.

*Labium* nullum.

*Antennae* breues, filiformes, cylindricae, triarticulatae; articulis aequalibus; ultimo ouato.

*Larua* hexapoda, currens, imagini simillima, aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, imagini simillima.

*Victus* e succo plantarum.

*Obs.* Faeminae tardae, apterae, grauidae plantis adhaerent fere immobiles. Mares alis duabus erectis, compressis.





## 166. THRIPS. Linn. Geoff.

*Os* rima longitudinali absque palpis maxillisque.

*Rostrum* obscurum, intra labia rimae reconditum, haud distinguendum.

*Antennae* porrectae, filiformes: articulis septem; primo maiori, reliquis aequalibus, ultimo acuto.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, aptera.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima folis alarum rudimentis.

*Victus* omnium e polline florum.

*Obs.* Instrumenta cibaria huius generis mihi haud rite nota. Ad Ryngota tamen pertinere ob metamorphosin videtur.



## Classis VIII.

## ANTLIATA.

*O*, haustello absque mandibulis maxillisque.

*Haustellum* plerumque exsertum, vaginatum, cylindricum, intra rimam oris longitudinalem insertum.

*Vagina* mox univaluis, mox bivaluis fetas includens, acuta, inarticulata.

*Setae* saepius tres, fetaceae, acutae, inaequales: intermedia paullo longiore.

*Proboscis* quibusdam brevis, membranacea: stipite cylindrico, retractili; dorso canaliculato, capitulo bilabiato sub haustello inserta.

*Palpi* interdum duo ad basin proboscidis inserti.

*Antennae* breves, plerumque cylindricae, saepius seta armatae.



## GENERA Classis VIII.

- 167. OESTRVS.
- 168. TIPVLA.
- 169. BIBIO.
- 170. STRATIOMYS.
- 171. RHAGIO.
- 172. SYRPHVS.
- 173. MVSCA.
- 174. TABANVS.
- 175. RHINGIA.
- 176. ASILVS.
- 177. CONOPS.
- 178. STOMOXYS.
- 179. MYOPA.
- 180. CVLEX.
- 181. EMPIS.
- 182. BOMBYLIVS.
- 183. HIPPOBOSCA.
- 184. PEDICVLVS.
- 185. ACARVS.



## 167. OESTRVS. Linn. Geoff.

*Os* haustello absque proboscide & palpis.

*Haustellum* retractum intralabia vesiculosa, tumida, connata, poro paruo, rotundo ad exertionem haustelli pertusa.

*Vagina* membranacea, cylindrica, obtusa, palato inserta fetas includens.

*Setae* tres, membranaceae, flexiles, breues, reflexae, subaequales labii apici insertae.

*Palpi* nulli.

*Antennae* breues, filiformes: articulo primo globoso, crassiori fronti insertae.

*Larua* apoda, breuis, crassa, mollis, annulata, intra animalium corpora latens.

*Puppa* ouata, apoda, immobilis, cute dura, crassa, brunnea tecta.

*Victus* laruae e succo animalium, imaginis vix vllus.



## 168. TIPVLA. Linn. Geoff.

*Os* proboscide, haustello palpisque.

*Proboscis* breuissima, vix exserta, membranacea: dorso canaliculata setam recipiens; stipite cylindrico retractili, capitulo bilabiato, aequali.

*Haustellum* breue, nudum, absque vagina.

*Seta* vnica tenuis, longitudine proboscidis, rigida, setacea, acuta in canali proboscidis recondenda.

*Palpi* duo porrecti, aequales, incurui, filiformes, multiarticulati: articulis tribus anterioribus crassioribus, obconicis, reliquis breuioribus, cylindricis vtrinque ad basin proboscidis inserti.

*Antennae* filiformes, multiarticulatae: articulo primo crassiori, maiori.

*Larua* apoda, cylindrica, mollis: capite truncato, dentato.

*Puppa* immobilis, cylindrica: antice bicornis, postice dentata.

*Victus* laruae e radicibus plantarum, imaginis e quisquiliis.





## 169. BIBIO. Musca Linn. Geoff.

*Os* proboscide, haustello, palpisque.

*Proboscis* membranacea, exserta: stipite cylindrico, reflexo; dorso canaliculato ad receptionem setarum, capitulo bilabiato labiis aequalibus.

*Haustrillum* vagina uniuersalium, cornea, reflexa, dorsali, apice truncata, obtusa setas superne tegente.

*Setae* tres setaceae, subaequales: intermedia rigidior, lateralibus distantibus, palpis brevioribus.

*Palpi* duo porrecti, filiformes, quadriarticulati: articulo secundo longissimo, quarto suborbiculato ad basin lateralem proboscidis inserti.

*Antennae* breues, cylindricae, approximatatae.

*Metamorphosis & Victus* adhuc omnino latent.

*Musca illucens* antennis longioribus clauatis.



170. STRATIOMYS. Geoff. Musca  
Linn.

Os proboscide, haustello palpisque.

*Proboscis* brevis, exserta: stipite subcorneo, cylindrico, recuruo; dorso canaliculato ad receptionem setae, capitulo membranaceo, incrassato, bilabiato: labiis aequalibus.

*Haustellum* absque vagina.

*Seta* vnica, valida, porrecta, longitudine proboscidis, cylindrica, caua, obtusa, medio dorsali proboscidis inserta in cuius canali dorsali reconditur.

*Palpi* duo breues, subcapitati, triarticulati: articulis cylindricis; vltimo crassiori, medio laterali proboscidis inserti.

*Antennae* porrectae, approximatae, cylindricae, acutae: articulo primo maiori, reliquis subaequalibus.

*Larua* aquatica, apoda, annulata, subcylindrica, postice attenuata, apice spiraculo pertusa, barbata.

*Puppa* immobilis, cylindrica, cute laruae indurata tecta.

*Victus* laruae e animalculis aquaticis, imaginis e quisquiliis.



## 171. RHAGIO.

*Os* proboscide, haustello palpisque.

*Proboscis* membranacea, exserta: dorso canaliculato ad receptionem setarum, stipite breuissimo, cylindrico, capituloque dilatato, ascendente, bilabiato: labiis aequalibus; ciliatis.

*Haustrum* breue absque vagina.

*Setae* tres filiformes, cylindricae, apice acuminatae, proboscide parum breuiores, inaequales: intermedia parum longiori, validiori ad basin dorsalem proboscidis insertae.

*Palpi* duo porrecti, longitudine proboscidis, filiformes, pilosi, quinquearticulati: articulo secundo longissimo, reliquis breuioribus, tenuioribus basi laterali proboscidis inserti.

*Antennae* breues, approximatae, cylindricae, apice acuminatae, setigerae.

*Metamorphosis* & *Victus* nobis adhuc latent.



## 172. SYRPHVS. Musca Linn. Geoff.

*Os* proboscide, haustello atque palpis.

*Proboscis* porrecta, exserta, membranacea, dorso ad receptionem setarum canaliculata: stipite elongato, cylindrico, capitulo bilabiato: labiis aequalibus, acutis.

*Haustrillum* porrectum absque vagina.

*Setae* quatuor inaequales: laterales paulo breuiores, subulatae, intermediae inaequales: interiori minore, acutiore, subulata, exteriori crassiori, fornicata, vaginante, obtusa, basi dorsali proboscidis insertae.

*Palpi* duo setis parum breuiores, filiformes: articulis aequalibus adhaerentes basi setarum exteriorum.

*Antennae* breues: articulo ultimo compresso, setigero.

*Larua* apoda, annulata, subcylindrica, postice attenuata.

*Puppa* immobilis, ouata cute dura, membranacea tecta.

*Vitus* laruae & imaginis e quisquiliis.



## 173. MVSCA. Linn. Geoff.

*Os* proboscide, haustello atque palpis.

*Proboscis* exserta, basi fracta, dorso canaliculato ad receptionem setae: stipite corneo, porrecto, cylindrico, capitulo ouato, vesiculoso, bilabiato: labiis aequalibus, acutis.

*Haustrum* breue absque vagina.

*Seta* vnica, proboscide multo breuior, cylindrica, apice acuminata ipsae fracturae proboscidis inserta.

*Palpi* duo compressi, porrecti extrorsum crassiores: articulis aequalibus, obsoletis, basi laterali proboscidis inserti.

*Antennae* breues, incuruae: articulo vltimo compresso, setigero.

*Larua* apoda, annulata, mollis, subcylindrica, postice attenuata.

*Puppa* immobilis, ouata, cute dura, coriacea, tecta.

*Victus* laruae e cadaueribus, animalculis, stercore, inaginis e quisquiliis.



## 174. TABANVS. Linn. Geoff.

*Os* proboscide, haustello atque palpis.

*Proboscis* recta, exserta, membranacea, dorso canaliculata ad receptionem haustelli: stipite breui, crasso, cylindrico, capitulo ouato, bilabiato; labiis aequalibus.

*Haustrillum* porrectum, exsertum, longitudine proboscidis.

*Vagina* trialuis, concaua, acuminata, longitudine setarum canalem proboscidis superne & ad latera claudens.

*Setae* tres aequales, compressae, acutae, basi proboscidis dorsali insertae.

*Palpi* duo aequales, triarticulati: articulo ultimo crassiori, incuruo, stuposo, obtuso ad latera setarum proboscidi inserti, reliquis breuioribus, pilosis.

*Antennae* breues, approximatae, cylindricae, acutae, septem articolatae: articulo tertio saepius maiori denteque laterali armato.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* imaginis e sanguine animalium hausto.



## 175. RHINGIA. Scop. Conops Linn.

Os proboscide, haustello atque palpis.

*Proboscis* recta, porrecta, membranacea, dorso canaliculato ad setarum receptionem: stipite cylindrico, retractili, capituloque ovato, bilabiato: labiis aequalibus.

*Haustellum* rectum, porrectum, vagina univalui, cornea, fornicata, cultrata, conuoluta, apice acuminata setas proboscidemque continente totumque os obtegente.

*Setae* quatuor subulatae, acutae, corneae, subaequales, lateralibus paullo brevioribus acutioribus, intermedia interiori longiori, validiori vaginante exteriorem acutissimam.

*Palpi* duo breves, filiformes, triarticulati: articulis aequalibus sub apice setarum lateralium inserti.

*Antennae* breves, approximatae, compressae, extrorsum crassiores, setigerae.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* imaginis e rapina Antliatorum, Glossatorum.



176. ASILVS. Linn. Geoff. Erax Scop.

*Os* haustello palpisque absque proboscide.

*Haustellum* rectum, porrectum.

*Vagina* bivaluis valvulis inaequalibus: inferiori longiori, cornea, cylindrica, basi gibba, apice obtusa, fissa fetas continente, superiori multo brevior, concaua, acutissima basin fetarum tegente.

*Setae* tres porrectae, filiformes, acutae, inaequales: intermedia longiore, validiori, acutiori.

*Palpi* duo breues, filiformes, pilosi, triarticulati: articulis aequalibus, cylindricis ad basin lateralem haustelli inserti.

*Antennae* breues, approximatae, filiformes: articulis anterioribus longioribus, ultimo subcrassiori setaceo acuto.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* Imaginis e rapina inprimis antliatorum, glossatorum.



## 177. CONOPS. Linn. Afilus Geoff.

Os proboscide, haustello atque palpis.

*Proboscis* porrecta, elongata: stipite corneo, cylindrico ultra basin geniculato, dorso canaliculato ad receptionem setae, capitulo ovato bilabiato: labiis aequalibus, rotundatis.

*Haustellum* vagina uniuersalium valvula abbreviata, concaua, acuminata canalem dorsalem proboscidis claudente.

*Seta* unica cylindrica, rigida, acuta longitudine proboscidis, cuius geniculo inserta est.

*Palpi* duo breuissimi, filiformes, triarticulati: articulis aequalibus adhaerentes lateribus geniculi proboscidis.

*Antennae* approximatae, clauatae: claua acuminata, quadriarticulatae: articulo secundo longiori.

*Metamorphosis* ignota.

*Victus* Imaginis e succo animalium hausto.



178. STOMOXYS. Geoff. Conops,  
Linn. Empis Scop.

*O*s haustello palpisque absque proboscide.

*Hauſtellum* porrectum, elongatum vltra  
basin geniculatum.

*Vagina* vniualuis, cornea, conuoluta,  
basi compressa, apice cylindrica, ob-  
tusa, fissa fetas continens.

*Setae* duae aequales, filiformes, acutif-  
simae: superiori crassiori inferio-  
rem tenuiorem vaginante.

*Palpi* duo breues, filiformes, triarticulati:  
articulis subaequalibus, cylindricis, basi  
haustelli inferri.

*Antennae* breues, approximatae, inflexae,  
apice crassiores, obtusae, fetariae.

*Metamorphosis* later.

*Victus* Imaginis e sanguine animalium  
hausto.





179. MYOPA. Conops Linn. Afilus  
Geoff. Sicus Scop.

*Os* haustello palpisque absque proboscide.

*Haustellum* porrectum, elongatum, basi  
medioque geniculatum.

*Vagina* bivalvis: valvulis inaequalibus; in-  
feriori elongata, cylindrica, geni-  
culata, apice obtusa fissa, superiori  
breuiori, concaua, acuminata.

*Seta* vnica, rigida, subulata, tenuis,  
acuta longitudine valvulae inferio-  
ris geniculo vaginae inserta.

*Palpi* duo breues, pilosi, extrorsum cras-  
siores, triarticulati: articulis subaequa-  
libus, haustelli basi laterali inserti.

*Antennae* incuruae, clauatae, setigerae.

*Metamorphosis* omnino adhuc later.

*Victus* Imaginis e succo animalium hausto.



## 180. CVLEX. Linn. Geoff.

Os haustello palpisque absque proboscide.

*Haustellum* rectum, porrectum.

*Vagina* uniuersalis, elongata, cylindrica, flexilis, inuoluta, apice acuminata, perforata, fetus continens.

*Setae* quinque subaequales longitudine vaginae, subclauatae, apice mucronatae, acutae.

*Palpi* duo aequales, filiformes, pilosi, triarticulati: articulis cylindricis; primo longiori, ad latera haustelli inserti.

*Antennae* filiformes: articulis plurimis, globosis, breuibus, saepius pectinatis.

*Larua* aquatica, apoda, thorace incrassato, abdomine cylindrico, respiratorio cylindrico ani.

*Puppa* quiescens, incuruata, ouata respiratoriis duobus corniformibus dorsi.

*Victus* laruae e infectis aquaticis minutissimis, imaginis e sanguine Mammalium hausto.

*Obs.* Maris palpi porrecti longitudine nostri, faeminae vero abbreviati.



## 181. EMPIS. Linn. Afilus Scop.

Os proboscide, haustello palpisque.

*Proboscis* elongata, exserta, inflexa, haustelliformis: stipite cylindrico, tenui, dorso canaliculato ad receptionem haustelli, capitulo elongato, oblongo, bilabiato: labiis aequalibus, ciliatis, acutis.

*Haustrum* proboscide breuius, inflexum.

*Vagina* univalvis, cornea, cylindrica, apice acuminata, fissa, fetas continens.

*Setae* tres rigidae, filiformes, apice acuminatae, inaequales intermedia longiori, validiori, lateralibus brevissimis tenuioribus.

*Palpi* duo breues, pilosi, reflexi, filiformes triarticulati: articulis subaequalibus ad proboscidis basin inserti.

*Antennae* approximatae breues, filiformes, triarticulatae; articulo primo crassiori piloso, ultimo acuto.

*Metamorphosis* omnino adhuc latet.

*Victus* imaginis e succo animalium, e rapina inprimis antliatorum.

*Obs.* In quibusdam speciebus proboscidis capitulum obsoletum.



182. BOMBYLIVS Linn. Afilus. Geoff.

*Os* haustello palpisque absque proboscide.

*Haustellum* elongatum, rectum, setaceum.

*Vagina* bivalvis, valuulis inaequalibus: inferiore longiore setacea, inuoluta, setas continente, apice acuminata, fissa, superiori porrecta, filiformi, acutissima.

*Setae* tres, subulatae, inaequales, intermedia longitudine vaginae, laterilibus brevioribus, acutis, rigidis.

*Palpi* duo breves, pilosi, triarticulati: articulis aequalibus, cylindricis basi laterali haustelli inserti.

*Antennae* breves, approximatae, filiformes, apice acuminatae.

*Metamorphosis* omnino adhuc latet.

*Victus* imaginis e nectare florum.



183. HIPPOBOSCA. Linn. Geoff.

*Os* haustello absque proboscide & palpis.

*Haustellum* breue, rectum, porrectum, cylindricum, rigidum.

*Vagina* bivaluis, valuulis aequalibus, fimicylindricis, ciliatis, obtusis, emarginatis setam continentibus.

*Seta* vnica, subulata, rigida longitudine vaginae.

*Antennae* approximatae, breuissimae, filiformes, biarticulatae articulo primo breuissimo, secundo tenuissimo.

*Metamorphosis* later.

*Victus* imaginis e sanguine animalium hausto.



## 184. PEDICVLVS. Linn. Geoff.

*Os* haustello absque proboscide & palpis.

*Haustellum* breue, cylindricum, retractile, rectum, rigidum.

*Vagina* biualuis, cylindrica: valuulis aequalibus semicylindricis, annulatis, truncatis, obtusis, setam continentibus.

*Seta* vnica, recurua, subulata, rigida, acutissima longitudine vaginae.

*Antennae* breues, saepius moniliformes: articulis aequalibus.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Victus & laruae & imaginis e succo animalium hausto.*



## 185. ACARVS. Linn. Geoff.

O<sub>s</sub> haustello palpisque absque proboscide.

*Haustellum* breue, porrectum, rectum, cylindricum, rigidum.

*Vagina* bivaluis valvulis aequalibus, semicylindricis, obtusis, horizontalibus: superiore ad basin fissa: laciniis aequalibus, cylindricis, inferiore planiore.

*Seta* . . . . .

*Palpi* duo compressi, aequales, porrecti, longitudine haustelli, obtusi, rigidi, triarticulati: articulis aequalibus, ad basin lateralem haustelli inserti.

*Antennae* filiformes, compressi: articulis subaequalibus, pedes aemulantes.

*Larua* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Puppa* hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

*Victus* & laruae & imaginis e succo animalium hausto.

*Obs.* I. *Acarus Ricinus* antennas clauatas gerit.

*Obs.* II. *Pediculus* & *Acarus* metamorphosi ad *Ryngota* accedunt.

MANTIS.

## MANTISSA

*Specierum nuper detectarum*

101--2. SCARABAEVS exscutellatus, tho-<sup>Vittu-</sup>  
race quadridentato, occipité cornubus<sup>lus</sup>  
duobus erectis breuibus, corpore atro.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Magnitudo & statura S. Vaccae. Clypeus rotundatus ater medio linea transuersa eleuata, postice corniculis duobus eleuatis breuibus. Thorax antice quadridentatus denticulis aequalibus breuibus, postice rotundatus absque scutello. Elytra breuia, atra. Pedes atri.

104--5 SCARABAEVS exscutellatus, tho-<sup>scabro-</sup>  
race inermi rugoso, capitis cornu erecto<sup>sus</sup>  
breuissimo, elytris testaceis nigro-scabris.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Statura omnino S. nuchicornis at paullo maior. Caput cupreo aeneum clypeo antice truncato postice cornu breui, erecto. Thorax obscurus, variolosus margine pallidior. Elytra testacea punctis nigris eleuatis per strias dispositis, scabra. Corpus nigricans. Pedes pallide testacei femoribus basi tibiisque apice nigris.

6--7. MELOLONTHA oblonga glabra ni-<sup>oblon-</sup>  
gra, elytris obsolete striatis. <sup>ga</sup>

*Scarabaeus oblongus* Scop. carn. 19.

○

Habi-



Habitat in Germania.

Minor M. vulgari tota nigra, glabra. Oculi testacei. Elytra striis per paria approximatis, subpunctatis, obsoletis.

*variabilis*

35--36. MELOLONTHA atra, elytris auro nitentibus, antennis pedibusque testaceis.

Habitat in America boreali.

Antennae trilamellatae pallide testaceae. Caput & thorax atra, immaculata. Elytra striata, atra tomento auro fere obsoleto splendentia. Pedes testacei.

Eandem magna in copia in horto Kiloniensi sub terra e ligno putrido nata degen-tem vidimus, at elytra haud auro nitentia sed tomento cinereo tecta.

*Variat* interdum colore rufo.

*Lynx*

39--40. MELOLONTHA nigra, hirta, elytrorum margine auro.

Habitat ad Cap. B. Spei. Dom. Lee.

Statura & magnitudo M. Vrsus, cuius forte mera varietas. Differt tantum elytrorum margine exteriori auro, nitido.

*crinita*

39--40. MELOLONTHA hirta supra viridis subtus nigra.

Habitat ad Cap. B. spei. Dom. Lee.

Affinis praecedenti tota pilis longioribus nigris hirta at supra viridis, nitens.



20-21. CETONIA nigra, thorace lineis <sup>trili-</sup>tribus, elytris fascia flexuosa scutelloque <sup>neata</sup>albis.

Habitat ad Cap. B. Spei. Dom. Lee.

Media. Caput nigrum linea longitudinali flava. Clypeus emarginatus. Thorax niger linea dorsali lateralibusque flavis. Punctum nigrum vtrinque in margine. Scutellum triangulum flavum. Elytra substriata, nigra fascia flexuosa, abbreviata, flava. Abdomen nigrum ano fascia flexuosa flava. Pedes nigri flavo variegati.

1-2. BOSTRICHVS piceus, elytris apice <sup>flavi-</sup>spinoso dentatis, antennis luteis. <sup>cornis</sup>

Habitat in America boreali.

Medius totus cylindricus. Caput nigricans antennis flavis clava compressa. Thorax cylindricus. Elytra substriata apice vix re-rufa, denticulata denticulo postico elongato in spinam validam, acutissimam. Pedes vti corpus subtus brunnei.

3-4 BOSTRICHVS nigricans, elytris glau- <sup>poli-</sup>cis obtusiusculis. <sup>gra-</sup>

*Dermestes poligraphus* Linn. Syst. Nat. 2. <sup>phus</sup>562. 10. Fn. Sv. 420.

Habitat in Europa boreali subarborum corticibus.

7. BOSTRICHVS elytris integris glaber <sup>minu-</sup>ater immaculatus. <sup>tus</sup>





Habitat Kiloniae in Boletis versicolore.

Corpus minimum, atrum, glabrum, immaculatum. Antennae clava solida, obtusa. Elytra laevia, glabra, integra. Pedes nigri.

*flavipes*

3-4. ANOBIVM villosum nigrum, antennis pedibusque testaceis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Magnitudo & statura A. pertinacis. Antennae filiformes, testaceae. Caput inflexum. Thorax minus quam in reliquis speciebus rotundatus, villosus, niger. Elytra villosa, nigra. Pedes omnes testacei.

*gibbosus*

2-3. BRVCHVS thorace gibbo cupreus, elytris nigris tuberculato-spinosis.

Habitat in America boreali.

Caput reconditum subcupreum, antennis filiformibus flavis. Thorax cupreus, tuberculatus, in medio gibbosus gibbere canaliculato. Elytra nigra tuberculis plurimis elevatis, obtusis, subspinosis; postice retusa. Pedes nigricantes.

*marginalis*

5-6. BRVCHVS niger, elytris cinereis maculis tribus nigris margine connexis.

Habitat in Germania de Hattorf.

Antennae porrectae, nigrae. Caput & thorax atra puncto parvo cinereo ad basin thoracis. Elytra laevia, cinerea, macula ad basin, altera maiori in medio marginis exte-



exterioris, tertiaque in apice elytri nigris. Discus elytrorum immaculatus. Anus prominens, cinereus. Pedes nigri.

1. 2. ELOPHORVS griseus, thorace elytris<sup>nubilus</sup>que sulcato-rugosis.

Habitat in Holsatiae aquosis Dr. Schulz.

Statura omnino E. aquatici at paullo minor. Antennae clauatae. Thorax griseus sulcis quinque exaratus. Elytra sulcata obscure grisea. Pedes concolores.

3. TRITOMA? nigra elytris pedibusque<sup>dubia</sup> testaceis.

Habitat Kiloniae Holsatorum Dom. Lund.

Parua huius generis videtur, quum antennae omnino perfoliatae. Caput & thorax nigra cinereo tomentosa. Elytra postice acuta testacea.

1. IPS. atra, elytris fasciis duabus rufis: fasciata<sup>ta</sup> anteriore nigro-maculata.

Habitat in America boreali.

Magna, oblonga. Antennae porrectae, atrae articulis tribus ultimis perfoliatis. Caput & thorax atra, nitida, immaculata. Coleoptra atra fasciis duabus dentatis, rufis, anteriore baseos maculis tribus atris; intermedia maiore, communi. Pedes atrii.

2. IPS nigra, elytris punctis duobus ferrugineis. <sup>4 pu-</sup>stulata



*Tritoma 4 pustulata* Syst. Ent. 69. 3.

Habitat in Europae ligno humido.

Varietatem quadruplo maiorem vix tamen distinctam ex America boreali habui.

*picea* 3. IPS *picea*, elytris nigris: basi fasciaque postica ferrugineis.

Habitat in Germania de Hattorf.

Minor i. quadripustulata. Caput nigricans, ore antennisque piceis. Thorax utrinque puncto baseos impressus. Elytra laevia, nigra basi fasciaque postica lunata ferrugineis. Corpus & pedes picei.

*4 gut-tata* 4. IPS *atra nitida*; elytris maculis duabus albis: anteriore sinuata.

Habitat Kiloniae Holsatorum. Dom. de Sehestedt.

Statura praecedentium, at multo minor. Caput & thorax atra, nitida, immaculata. Elytra laevia, atra maculis duabus transuersis margines haud attingentibus albis; anteriore bilinuata. Pedes nigri.

*crenata* 5. IPS *nigra*, thorace rugoso, elytris striatis: maculis duabus rubris.

*Tritoma crenata* Syst. Ent. 69. 4.

Habitat in Sveciae lignis.

*rufifrons* 6. IPS *glabra atra*, fronte pedibus maculisque duabus elytrorum ferrugineis.

*Tritoma rufifrons* System. Ent. 69. 5.

Habitat in Anglia.



3-4. *HISPA* antennis pectinatis, thorace elytrisque viridi-aeneis, capite bicorni. *bicornis*

Habitat in America boreali Dom. Yeats.

Corpus paruum, piceum. Antennae breues secundum totam longitudinem pectinatae fuscae basi ferrugineae. Caput viridi-aeneum corniculis duobus breuibus, erectis, acutis. Pedes ferruginei.

7-8. *SILPHA* atra, thoracis margine pallido, elytris fuscis. *marginalis*

Habitat in America boreali Dom. Lee.

Magnitudo *S. rugosae*. Caput atrum, rugosum. Thorax ater margine sinuato, pallido. Scutellum atrum. Elytra fusca striis tribus eleuatis laeuibus. Pedes nigri.

9-10. *SILPHA* atra, elytris punctatis: lineis eleuatis tribus laeuibus, thorace transuerso emarginato. *lunata*

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Maior *S. atrata*. Caput atrum. Thorax latitudinae elytrorum, transuersus, antice valde emarginatus ater punctis duobus paruis, dorsibus, nitidulis. Elytra valde punctata striisque tribus eleuatis. Pedes atrii.

1-2. *NITIDVLA* ouata nigra obscura, pedibus piceis. *obscura*

Habitat in Germania de Hattorf.

Statura omnino *N. 2 pustulatae* at paullo minor. Corpus supra obscure nigrum mi-



nime nitidum. Elytra laeua, immaculata.  
Pedes picei.

*bicolor* 3-4. NITIDVLA ferruginea, elytris nigris:  
fascia baseos punctoque apicis ferrugineis.  
Habitat in aruis Kiloniensibus Dom.  
Lund.

Magnitudo N. ferrugineae. Antennae  
rufae claua solida. Caput & thorax ferru-  
ginea, immaculata. Elytra glabra, nigra  
fascia lata baseos punctoque versus apicem  
ferrugineis. Abdomen fuscum. Pedes fer-  
ruginei.

*ham-  
morr-  
hoida-  
lis* 4-5. NITIDVLA nigra, elytris apice fer-  
rugineis.  
Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Statura N. Colon. at duplo minor. Tho-  
rax marginatus niger margine ferrugineo.  
Elytra laeua, nigra apice late ferruginea.  
Pedes nigri.

*unifa-  
sciata* 5-6. COCCINELLA coleoptris rubris: fa-  
scia media atra.  
Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Media. Caput & thorax atra, immacu-  
lata. Elytra rubra fascia media lata, atra,  
quae futuram tamen haud attingit & ad mar-  
ginem punctis duobus paruis terminatur,  
Lineola parua obliqua nigra adscutellum.  
Corpus atrum.





7-8. COCCINELLA coleoptris luteis fascia flexuosa punctisque duobus nigris. *sa*

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Corpus atrum, immaculatum. Thorax ater macula laterali apicis albida. Elytra lutea puncto baseos orbiculato, fascia in medio flexuosa & macula apicis transuersa, clauata nigris.

13-14. COCCINELLA oblonga, coleoptris <sup>7</sup> maculata rubris: punctis nigris septem; communi trilobo.

Habitat in Germaniae plantis Dr. Schulz.

Magnitudo & statura oblonga C. 13 punctatae. Caput atrum. Thorax laeuis, ater margine antico & laterali albo. Elytra rubra punctis nigris tribus primo baseos rotundato, secundo in medio transuerso, tertio versus apicem rotundato. Punctum denique commune trilobum. Corpus nigrum.

38-39. COCCINELLA coleoptris luteis: punctis quindecim albis; communi in <sup>15</sup> guttata medio obsoleto.

*Coccinella* coleoptris rubris punctis quatuordecim limboque albis. Geoff. Inf.

I. 327. 14.

Habitat in Germania.

Corpus maiusculum, rotundatum. Thorax luteus margine laterali albo puncto medio



dio luteo. Macula obsoleta albida ad basin thoracis. Elytra lutea punctis septem rotundatis albis 2. 2. 2. 1. Punctum commune fere obsoletum in medio dorsi.

*hae-  
morr-  
hoida-  
lis* 43-44. COCCINELLA coleoptris atris apice rubris: fascia nigra.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Corpus rotundatum. Caput obscure rufum. Thorax rufus interdum basi, interdum punctis tribus baseos nigris. Elytra atra apice rufa fascia nigra, quae tamen futuram haud attingit.

Variat frequens puncto in medio dorsi communi, sanguineo.

*vava-  
bilis* 45-46 COCCINELLA oblonga, coleoptris nigris: punctis duobus rubris orbiculatis submarginalibus.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Differt manifeste a *C. bipustulata*. Corpus oblongum, immarginatum. Caput album. Thorax ater margine albo. Elytra laevia atra puncto rubro.

Variat iunior elytris luteis puncto flavescente, at aetate elytra nigra & puncta rubra euadunt.

*12 pu-  
stulata* 49-50. COCCINELLA coleoptris nigris: punctis duodecim albis; exterioribus margine connexis.

Habi-



Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Media. Caput albidum puncto frontali nigro. Thorax ater margine antico & laterali pallido. Elytra atra punctis sex albis 2. 3. 1. tribus exterioribus margine connatis. Punctum ultimum lunatum.

7 8. CASSIDA brunnea, elytris flavis: <sup>fu-</sup>futura-  
turis brunneis. <sup>lis</sup>

Habitat ad Cap. B. Spei. Dom. Lee.

Magna. Antennae brunneae. Clypeus porrectus, integer, brunneus. Elytra lata, flava futura dorsali & baseos brunneis. Corpus brunneum.

11-12. CASSIDA testacea, elytris angulo <sup>perfo-</sup>perforato  
antico spinoso basique perforatis. <sup>rata</sup>

*Cassida perforata* Pall. Spicil. fasc. IX. p. 3.  
tab. 1. fig. 1.

Habitat in America meridionali.

6-7. CHRYSOMELA atra, thoracis mar-<sup>3</sup>linea-  
gine flavo puncto nigro, elytris flavis: <sup>ta</sup>  
futura vittaque nigris.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Affinis C. futurali. Caput nigrum fronte flava. Thorax ater margine laterali flavo puncto medio nigro. Scutellum atrum. Elytra flava futura nigra, quae tamen scutellum haud attingit. Vitta lata nigra in medio



medio elytrorum, quae nec ad basin nec ad apicem excurrit. Corpus & pedes atrae plantis fuscis.

*dorsalis* 6-7. CHRYSOMELA atra, thoracis margine testaceo puncto nigro, elytris testaceis: futura abbreviata atra.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Affinis videtur praecedenti at minor. Elytra testacea sola futura atra, quae basin haud attingit. Antennae & pedes nigri. Scutellum atrum.

*maculata* 59-60. CHRYSOMELA oblonga, thorace testaceo immaculato, elytris testaceis maculis duabus nigris.

Habitat in nemoribus Kiloniensibus Dom. Lund.

Magnitudo & statura C. Aini. Caput testaceum basi inter oculos nigrum. Thorax rotundatus, testaceus, immaculatus. Elytra laevia, nitida, testacea maculis duabus magnis nigris, altera basios rotundata, altera pone medium transversali fere fasciam constituyente. Abdomen atrum. Pedes testacei.

*pubescens* 11-12. CRYPTOCEPHALVS thorace elytrisque obscure aeneis pubescentibus.

Habitat in America boreali.

Paulo minor C. longimano. Antennae porrectae, filiformes, cinereae. Caput, thorax



thorax & elytra obscure aenea tomento cinereo breui denso pubescentia. Scutellum nigrum. Corpus subtus & pedes cinerascientia.

17-18. CRYPTOCEPHALVS capite thoraceque rufis, elytris pallidis, pedibus apice nigris. <sup>nigri-  
pes</sup>

Habitat in America.

Magnitudo & statura C. Coryli. Caput rufum, immaculatum antennis nigris basi rufis. Thorax rufus, nitidus, immaculatus. Scutellum nigrum. Elytra pallida futura margineque nigricantibus. Abdomen pallidum ano testaceo. Pedes testacei apice nigri.

23-24. CRYPTOCEPHALVS ater, elytris flavis: vitta abbreviata media atra. <sup>quadrum</sup>

Habitat in Germania. de Hattorf.

Magnitudo C. Moraei. Corpus totum atrum, nitidum. Elytra laevia, flava, vitta media lata, atra, quae apicem tamen haud attingit, sed ante apicem reflectitur ad futuram.

32-33. CRYPTOCEPHALVS thorace fulvo, elytris testaceis nigro-maculatis. <sup>pufillus</sup>

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Parvus duplo minor C. Pini. Caput fulvum antennis pallidis oculisque nigris. Thorax





Thorax fuluus, immaculatus: Elytra substriata, testacea punctis duobus baseos fasciaque postica nigris. Corpus nigrum. Pedes pallidi.

*Variant* interdum maculae elytrorum, mox confluunt, mox omnino desunt.

*14 punctata* 11-12. CRIOCERIS thorace cylindrico fuluo punctis quinque nigris, elytris flauis punctis septem.

*Attelabus 14 punctatus* Scop. Ent. 116.

Habitat in Germania.

Magnitudo & statura C. 12 punctatae. Caput fuluum, ore, antennis punctoque verticali nigris. Thorax fuluus punctis quinque nigris. 4. 1. Elytra pallidiora punctis 1. 2. 2. 1. 1., quorum sextum maius, rotundatum, septimum terminale. Abdomen & femora fulua.

*dilatatus* 5-6. EROTYLVS ater, thorace elytrisque ferrugineis.

Habitat ad Cap. Bon. Sp. Lee.

Magnus. Antennae fuscae basi ferrugineae. Thorax ferrugineus, immaculatus. Elytra corpore multo latiora, laeuius, ferruginea, immaculata. Corpus & pedes atra.

*rufus* 9. EROTYLVS oblongus niger, pedibus piceis.

Habitat Kiliae Holsatorum. Dom. Lund.  
Praede-



Praecedentibus minor. Antennae filiformes, nigrae primo articulo ferrugineo. Caput & thorax nigra, obscura. Elytra striata, nigra, immaculata. Pedes picei geniculis nigris.

5-6 LAGRIA cyanea capite thoraceque <sup>rufi-</sup>  
rufis. <sup>frons</sup>

Habitat in America boreali.

Antennae longitudine fere corporis fuscae apice rufescentes. Caput rufum oculis magnis nigris. Palpi antici exserti, securiformes, fusci claua rufa. Thorax cylindricus, rufus. Elytra striata, cyanea. Pedes cyanei femoribus anticis rufis.

6-7. CVRCVLIO longirostris rufo nigro <sup>varius</sup>  
que varius, rostro apice nigro.

Habitat ad Cap. B. S. Dom. Lee.

Antennae fractae, capitatae. Rostrum elongatum, cylindricum, ferrugineum apice nigrum. Thorax ferrugineus lineis tribus nigris: lateralibus abbreviatis. Pectus nigrum lineis tribus ferrugineis. Elytra striata, nigra lineolis aliquot ferrugineis. Pedes nigri femoribus ferrugineis annulo nigro.

22-23. CVRCVLIO longirostris ater, an. <sup>Pruni</sup>  
tennis ferrugineis, thorace bituberculato.

*Curculio Pruni* Linn. Syst. Nat. 2. 507. 12.

Habi-



Habitat in Cerasi foliis.

Valde distinctus tuberculo vtrinque elevato thoracis. Elytra striata.

*Campanula* 22-23. CVRCVLIO longirostris niger ova-  
tus, elytris striatis obtusis.

*Curculio Campanulae* Linn. Syft. Nat. 2.  
506. 7.

Habitat in Campanulae rotundifoliae pericarpis.

Magnitudo & statura C. acriduli. Corpus totum nigrum postice valde obtusum.

*variabilis* 24-25. CVRCVLIO longirostris subtestaceus, thorace viridi-lineato, rostro apice fusco.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Medius. Caput pallide testaceum rostro apice fusco. Antennae rufescentes claua cinerea. Thorax obscurus lineis tribus distinctis viridibus. Elytra pallide rufescentia polline virescenti adspersa. Pedes rufi.

*Sisymbrii* 26-27. CVRCVLIO longirostris albo fuscoque varius, elytris puncto baseos elevato atro, rostro nigro.

Habitat Kiliae in Sisymbrio amphibio lectus d. xx. Maj.

Paruus. Rostrum elongatum, nigrum. Antennae fuscae, clauatae. Thorax albus  
macula



macula fusca, in qua linea dorsalis alba. Elytra albo fuscoque varia & ad basin puncto paruo oblongo atro. Corpus subttus albidum. Pedes mutici.

31-32. CVRCVLIO longirostris niger, ely-<sup>2</sup>fa-  
tris fasciis duabus cinereis: baseos maio-<sup>sciatus</sup>  
re vndata.

Habitat Kiliae Dom. Lund. Noruagus.

Paruus. Rostrum elongatum, cylindricum, atrum. Antennae clauatae claua solida, cinerascete. Thorax rotundatus ater, linea dorsali paullo pallidiori. Scutellum cinereum. Elytra striata fasciis duabus vndatis cinereis vix marginem exteriorem attingentibus, quarum anterior in primis ad futuram maior, altera in medio multo angustior. Pedes nigri, simplices.

36-37. CVRCVLIO ater, thoracis punctis  
duobus baseos, elytrorum futura punctis-<sup>Cruce</sup>  
que vagis albis.

Habitat Hamburgi.

Statura & magnitudo C. futuralis. Caput atrum, immaculatum rostro incuruo. Thorax rotundatus, ater vtrinque puncto oblongo baseos albo. Scutellum album. Elytra striata nigra, futura baseos punctisque plurimis vagis albis. Pedes nigri. Corpus subttus albidum.

49-50. CVRCVLIO longirostris ater, tho-<sup>Atri-</sup>  
race nitido, elytris striatis obtusis. <sup>plicis</sup>



Habitat in Atriplice littorali Florae Kiloniensis Dom. Lund. Norwegiensis.

Statura & magnitudo C. linearis, cui valde affinis. Differt tamen antennis apice haud ferrugineis, rostro tenui basi haud attenuato, thoraceque minus punctato, nitido.

*raucus* 108—9. CVRCVLIO breuirostris nigricans, elytris griseis cinereo-punctatis.

Habitat in Germania Dom. de Hattorf.

Medius. Antennae medio fractae apice clauatae. Rostrum breue, crassum, subplatum. Thorax nigricans punctis eleuatis paruis scaber. Elytra striata striis crenatis, grisea punctis plurimis cinereis sparsis irrorata. Pedes picei femoribus muticis.

*hispidulus* 112—13. CVRCVLIO breuirostris fuscus, thorace cinereo lineato, elytris hispidis punctis obscurioribus striatis.

Habitat Kiliae in plantis aquaticis Dom. Lund.

Paruus statura C. lineati. Antennae clauatae articulo primo longiori. Thorax punctatus, fuscus lineis tribus longitudinalibus cinereis: media tenuiore. Punctum vtrinque laterale cinereum. Elytra fusca pilis albis erectis hispida punctisque obscurioribus striata, interiectis pilis albis, qui quasi lineas e maculis nigris albisque constituunt. Pedes nigricantes.





122—23. CVRCVLIO breuirostris, thora-<sup>sticti.</sup>  
ce elytris que variolosis nigris albo-punc-<sup>cus</sup>  
tatis.

Habitat ad Cap. B. Spei.

Paruus. Caput nigrum, immaculatum.  
Thorax variolosus, ater, albo punctatus.  
Elytra variolosa, atra, albo punctata & ver-  
sus apicem fascia alba. Pedes & corpus atra.

123—24. CVRCVLIO breuirostris ater,<sup>succin-</sup>  
elytris margine lineolisque duabus albis.<sup>ctus</sup>

Habitat ad Cap. Bon. Spei. Dom. Lee.

Corpus magnum, oblongum. Caput sul-  
catum, atrum, immaculatum. Thorax ro-  
rundatus, punctatus, ater linea laterali alba.  
Elytra postice gibba, punctata, atra margi-  
ne lineolisque duabus albis, altera a basi ad  
medium, altera a medio marginis versus api-  
cem ducta, reflexa. Pedes atrii, simplices.

125—26. CVRCVLIO breuirostris griseus,<sup>histrio-</sup>  
thorace lineis lateralibus fuluis, elytris<sup>nicus</sup>  
albis: maculis atris fulvisque.

Habitat ad Cap. Bon. Spei. Dom. Lee.

Corpus magnum. Caput griseum rostro  
crassiusculo thorace breuiore. Antennae  
medio fractae. Thorax dorso griseo linea  
laterali lata fulua margineque albedo. Ely-  
tra alba maculis plurimis eleuatis nigris dua-  
busque oblongis fuluis. Abdomen albidum  
vtrinque linea longitudinali punctorum ni-  
grorum. Pedes einerei, inermes.



*scalaris* 135—36. CVRCVLIO breuirostris, thorace spinoso inaequali ater, elytris striis rufis denticulatis.

Habitat ad Cap. Bon. Spei. Dr. Schulz.

Magnitudo & statura C. barbari. Rostrum crassum, breue, obtusum, planum. Antennae obtusae & fere truncatae. Thorax acute spinosus sulcis tribus punctisque quatuor bascos profundis impressus. Elytra connata, laeua, atra striis octo secundum totam longitudinem denticulatis rufis. Pedes atri femoribus simplicibus.

*4 spinosus* 139—40. CVRCVLIO breuirostris albidus, elytris 4 spinosis, rostro fusco.

Habitat ad Cap. B. Spei.

Minor. Rostrum breuissimum, canaliculatum, fuscum. Thorax rotundatus, albidus, immaculatus dorso plano. Elytra albida spinis quatuor erectis, validis, solitaria versus basin, duabus in medio & quarta versus apicem solitaria. Pedes albi, simplices.

*nubilus* 145—46. CVRCVLIO breuirostris, femoribus dentatis griseus, elytris punctis obscurioribus numerosis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Corpus magnitudine & statura C. Ligustici. Antennae clauatae claua acuminata, nigrae. Caput & thorax grisea, immaculata. Elytra punctis striata punctisque plurimis vagis distinctis obscurioribus. Femora postica annulo albo.

146—47.



146—47. CVRCVLIO breuirostris, femo. *gem-*  
ribus dentatis ater, elytris punctis viri. *matus*  
dibus.

*Curculio gemmatus* Scop. Ent. 90.

*Curculio gemmatus* Naturforscher Sect. 6.

tab. 4.

Habitat in Europa.

146—47. CVRCVLIO breuirostris, femo. *picipes.*  
ribus dentatis griseus, elytris nebulosis,  
femoribus posticis rufis.

Habitat Kiliae Dom. Lund.

Minor C. nebuloso. Antennae fractae,  
clauatae, claua obtusiuscula. Rostrum cras-  
sum, breue, obtusum, apice nigrum. Tho-  
rax griseus punctis eleuatis globosis minutif-  
simis. Elytra nebulosa punctis eleuatis stria-  
ta. Pedes itidem grisei femoribus inprimis  
posticis rufis.

2—3. ATTELABVS ater, elytris macula *2 pustu-*  
baseos rufa. *latus*

Habitat in America boreali Dom. Yeats.

Statura & magnitudo A. curculionoidis.  
Corpus atrum, nitidum, elytris macula ma-  
gna baseos rufa. Pedes atrii femoribus an-  
ticis intus videntatis.

1—2. CLERVS rufus, elytris nigris fascia *dubius*  
duplici alba basique rufis.

Habitat in America boreali Dom. Yeats.

Nimis affinis C. formicario. Antennae



breues, moniliformes. Caput rufum. Thorax postice angustatus, rufus. Elytra nigra basi rufa fascisque duabus vndatis albis.

*ichneu-* 1 — 2. CLERVS capite thoraceque rufis,  
*moneus* elytris nigris: fascia media rufa strigaque apicis alba.

Habitat in America septentrionali Dom. Yeats.

Statura omnino C. formicarii. Caput rufum antennis fuscis. Thorax gibbus, rufus, immaculatus, postice angustatus. Elytra basi subferruginea, tunc nigra, in medio fascia lata, rufa apice nigra striga postica alba. Pectus nigrum. Abdomen rufum. Pedes fusi.

*pun-* 21 — 22. LAMIA thorace spinoso ater, ely-  
*etator* tris albo punctatis, antennis longis.

Habitat in China Mus. Dr. Fothergill.

Antennae corpore longiores, nigrae articulis basi pallidis. Thorax rotundatus, spinosus, ater. Elytra atra, albo-punctata, basi scabra. Pedes atri.

*crispa* 21 — 22. LAMIA thorace spinoso, elytris lineis tribus elevatis ferrulatis, antennis mediocribus, corpore cinereo.

Habitat ad Cap. Bon. Spei Dom. Lee.

Corpus magnitudine L. tristis totum cinereum. Antennae corpore breviores. Thorax inaequalis, acute spinosus. Elytra cinerea





nerea lineis tribus eleuatis, acute ferrulatis.  
Pedes cinerei.

29—30. L. thoracé spinoso tuberculato ci-*Speng-*  
nerea, elytris scabris: maculis duabus *leri*  
lateralibus atris.

Habitat in America meridionali. Speng-  
ler.

Duplo minor L. Rubo. Antennae cor-  
pore longiores, cinereae articulorum apici-  
bus fuscis. Thorax rotundatus, cinereus,  
vtrinque obtuse spinosus tuberculisque tri-  
bus dorsalibus. Elytra punctis eleuatis sca-  
bra, cinerea maculis duabus marginalibus  
atris, quorum posterior strigam emittit. E-  
lytra apice acuminata. Pedes nebulosi.

7—8. SAPERDA grisea, vittis tribus den-*vitta-*  
tatis albis, antennis longis. *ta*

Habitat in India Dr. Fothergill.

Antennae cinereae corpore duplo longio-  
res. Caput griseum linea laterali alba, dor-  
sali ferruginea. Thorax rotundatus, muti-  
cus lineis tribus albis. Coleoptra grisea, li-  
neis lateralibus suturalique dentatis albis.  
Corpus griseum.

4—5. CALLIDIUM thorace verrucoso ni-  
gricante, elytris acuminatis viridibus: *acumi-*  
sutura cyanea. *natum*

Habitat ad Cap. B. Spei Dom. Lee.

Minor C. violaceo. Caput fuscum. An-





tennae longitudine corporis, fuscae articulis apice spinosis. Thorax rotundatus, niger tuberculis plurimis eleuatis. Elytra viridia, nitida futura cyanea, apice acuminata. Pedes nigri femoribus clauatis claua rubra.

*russi-  
cum*

4—5. CALLIDIUM thorace verrucoso, nigrum, elytris testaceis macula media apiceque nigris.

Habitat in Russia Dom. Lee.

Statura C. Bajuli at triplo minus. Caput nigrum, immaculatum antennis longitudine fere corporis. Thorax niger verrucosus. Elytra laeua, testacea macula media apiceque nigris. Pedes nigri, mutici.

*rufipes*

15—16. CALLIDIUM thorace laeui nitido, elytris violaceis, tibiis rufis, antennis breuibus.

Habitat in Germania Dom. de Hattorf.

Corpus paruum. Antennae breues, fuscae basi ferrugineae. Caput & thorax laeua, nitida, violacea. Elytra laeua, violacea, immaculata. Abdomen aeneum, nitidum. Pedes violacei tibiis rufis. Femora postica clauata basi ferruginea.

*varium*

21—22. CALLIDIUM thorace rotundato rufo, elytris nigris basi rufis; fasciis duabus albis.

Habitat in America boreali Dom. Yeats.

Corpus C. vndato minus. Antennae nigrae

grae longitudine corporis. Caput rufum. Thorax rotundatus, inermis, rufus. Elytra laeua, nigra bafi rufa fasciis duabus albis. Pedes nigri femoribus clauatis, rufis. Abdomen atrum.

1—2. LEPTVRA nigra, elytris testaceis *liuida* immaculatis, pedibus nigris.

Habitat in floribus Chilonii Dom. Lund.

Statura & summa affinitas L. melanurae. Caput, Antennae, Thorax, Corpus nigra, immaculata. Elytra testacea apice rotundata nec emarginata. Pedes nigri.

2. CVCVIVS ruber, thorace fulcato, femoribus clauatis rufis. *clauipes*

Habitat in America boreali Dom. Yeats.

Corpus depressum. Antennae breues, nigrae articulis vndecim. Caput glabrum, rufum, postice vtrinque rotundatum. Os pallescens. Thorax rufus, bisulcatus. Scutellum paruum, rotundatum. Elytra rufa margine nigricante. Abdomen nigricans. Pedes nigri femoribus clauatis rufis.

3. CVCVIVS? thorace denticulato rufo, *dubius* elytris nigris, antennis filiformibus longitudine corporis.

Habitat in America boreali.

Statura depressa praecedentium at mihi haud rite examinatus ideoque de genere haereo. Antennae filiformes, flexuosae articulo



culo ultimo acuto. Caput rufum. Thorax denticulatus rufus. Elytra striata, nigra, obtusa. Corpus cum pedibus rufum.

*pulicarius*

3—4. MALACHIVS niger, thoracis marginibus elytrorumque apicibus rubris.

Habitat Chilonii Dom. Lund.

Affinis M. pediculario, cuius forte mera varietas at thoracis latera rubra.

*coecus*

2—3. ELATER ater, thorace maculis duabus ocellaribus, elytris strigis duabus arcuatis punctoque postico ferrugineis.

Habitat in Africa Dom. Lee.

Corpus maiusculum. Caput laeve, nitidum, atrum, immaculatum. Thorax ater vtrinque ocello coeco siue annulo magno, oblongo, ferrugineo. Elytra laevia, atra strigis duabus anteriore antrorsum, posteriore retrorsum arcuata. Postice punctum oblongum obscurius.

*fulcarius*

8—9. ELATER villoso-albidus, elytris striis tribus elevatis glabris atris.

Habitat in America boreali Dom. Spengler.

Magnitudo & summa affinitas E. porcati, cuius forte iunior varietas. Caput atrum, obscurum antennis brevibus ferratis. Thorax villoso albidus antice nigricans. Pectoris sutura atra, glabra. Elytra villoso albidata striis tribus elevatis, atris, nitidis. Abdomen subtus vti & pedes villoso-albida.

28—29. ELATER niger, thorace pubescente fulvo, elytris sanguineis. *baematodes*

*Elater* antennis pectinatis secundus Schaeff. Icon. I. tab. 2. fig. 6. potius hic pertinere videtur, quamvis thorax niger.

Habitat in Germania.

Paulo maior *E. sanguineo*. Antennae ferratae, nigrae. Thorax pubescens, fulvus. Scutellum nigrum. Elytra substriata, sanguinea.

33—34. ELATER thorace atro nitido, elytris testaceis: limbo nigro. *limbaticus*

Habitat Chilonii Dom. Lund.

Statura & magnitudo *E. minuti*, cui valde affinis, at elytra testacea margine omni nigro.

8—9. BVPRESTIS elytris tridentatis viridibus nigro maculatis: margine aureo. *viridula*

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Media. Caput virescens antennis fuscis. Thorax scaber viridinitens margine aureo. Elytra tridentata, striata, viridia margine aureo punctis numerosis nigris. Corpus subtus viride, nitens.

22—23. BVPRESTIS elytris integris, aurea nitidissima, dorso elytris pedibusque viridibus. *Trochilus*

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Statura & magnitudo *B. 8 guttatae*. Caput aureum





aureum antennis viridifuscis. Thorax aureus, nitidissimus dorso coeruleo linea media viridi. Elytra integra, laeua, viridia, nitida. Corpus aureum, nitidissimum. Pedes virides, nitidi.

*plebeia* 28—29. BVPRESTIS elytris emarginatis cupreis fusco maculatis.

Habitat in Indiis Dr. Schulz.

Corpus magnitudine & statura B. rusticae. Antennae nigrae. Caput & thorax obscura, scabra. Elytra emarginata, obscure cuprea maculis plurimis subconfluentibus fuscis. Corpus cupreum, nitidum. Abdomen supra viride.

*Ingu-  
bris* 28—29. BVPRESTIS elytris integris obscuris nigro scabris, corpore subtus cupreo.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Corpus magnitudine & statura B. Tenebrionis. Caput obscurum, griseum antennis nigris. Thorax obscurus, griseus, laeuis margine auro pauco nitidulo. Elytra integra, obscura, grisea punctis plurimis, eleuatis, oblongis, glabris scabra. Corpus subtus cupreum, nitidum.

*4 ma-  
culata* 31—32. BVPRESTIS elytris integris viridis, thorace postice elytrisque maculis duabus aureis.

Habitat in India Dr. Fothergill.

Statura parua nostratum. Thorax viridis post-





postice late aureus. Elytra integra viridia maculis duabus magnis aureis.

39—40. BVPRESTIS elytris integerrimis <sup>bigus-</sup> linearibus viridibus puncto albo, abdo- <sup>tata</sup> mine cyaneo punctis tribus albis.

Habitat in Anglia Dom. Yeats.

Paullo maior B. viridi. Caput viride fronte impressa antennis breuibus nigris. Thorax cylindricus, viridis, immaculatus. Elytra linearia, viridia puncto paruo albo ad futuram. Abdomen supra cyaneum, nitidum vtrisque punctis tribus albis, quorum anterius parum remotum. Subtus itidem coeruleum vtrisque punctis tribus albis.

41—42. BVPRESTIS elytris integerrimis, <sup>nitidus-</sup> thorace marginato vtrisque depresso, <sup>la</sup> corpore viridi nitido. Linn. Syst. Nat. 2. 662. 15. Fn. Sv. 757.

Habitat in Europa.

Corpus totum viride, nitidum. Elytra paullo obscuriora, attamen nitida.

41—42. BVPRESTIS elytris integerrimis <sup>Salicis</sup> viridis nitens, coleoptris aureis basi viridibus.

Schaeff. Icon. tab. 31. fig. 12.

Habitat in Germaniae Salice Dr. Schulz.

Statura & magnitudo B. nitidulae. Caput viride, pubescens antennis fuscis. Thorax depressus, marginatus, viridis maculis duabus cyaneo-impressis. Elytra integra rufo-  
aurea



aurea basi in primis ad futuram viridibus.  
Subtus viridis immaculata.

*punctu-* 3 — 4. DYTISCVS niger, clypeo elytrorumque margine exteriori albis, elytris striis tribus punctatis.  
*latus*

*Dyticus* fuscus margine coleoptorum thoracisque flauo Geoff. Inf. 1. 185. 1.

Roef. Inf. 2. Aquatil. 1. tab. 2.

Frish. Inf. 13. tab. 1. fig. 7.

Habitat Chilonii in riuulis syluaticis  
Dom. Lund.

Magnitudo & statura omnino *D. marginalis*. Caput atrum clypeo albo. Thorax ater nitidus margine solo laterali albo. Elytra nigra, nitida striis tribus punctatis exarata margineque exteriori albido, qui tamen color apicem elytrorum haud attingit. Corpus nigrum tibiis anticis pallefcentibus.

*Faemina* sulcis decem dimidiatis elytrorum uti in *D. semistriato*.

*gibbus* 14 — 15. DYTISCVS gibbus ferrugineus, elytris nigris apice acuminatis.

Habitat Chilonii in aquis stagnantibus  
Dom. de Sehestedt.

Statura *D. erythrocephali* at paullo minor. Caput ferrugineum basi parum nigricante. Thorax ferrugineus margine postico nigro. Elytra laeuius, nigra basi margineque obsolete ferrugineo maculata. Corpus & pedes ferruginea abdomine apice nigro.

Variat

Variat interdum capite thoraceque totis ferrugineis.

21—22. DYTISCVS ater, capite ferrugineo, elytris maculis tribus rufis: baseos <sup>6 pustulatus</sup> maiore.

Habitat in Sveciae aquis stagnantibus.

Minutus. Caput ferrugineum oculorum regione nigra. Thorax niger lateribus ferrugineis. Elytra glabra, laevia, nigra maculis tribus ferrugineis prima baseos maiore lunata, reliquis duabus versus marginem. Corpus atrum pedibus ferrugineis.

25—26. DYTISCVS ferrugineus, elytris <sup>inaequalis</sup> nigris: lateribus inaequaliter ferrugineis.

Habitat in Sveciae aquis stagnantibus.

Magnitudo D. lineati. Caput ferrugineum oculorum orbita nigra. Thorax ferrugineus postice niger. Elytra laevia, nigra margine ferrugineo ramulos inaequales, abbreviatis exserente. Subtus ferrugineus.

Variat interdum linea media elytrorum flava a macula baseos admedium marginis exterioris ducta.

2—3. CARABVS apterus niger violaceo <sup>cyaneus</sup> nitens, elytris punctis intricatis rugosis.

Habitat in Europa.

Minor C. coriario. Caput atrum antennis apice cinereis. Thorax obcordatus, planus, canaliculatus, violaceo nitens. Elytra haud   
 conna-



connata, attamen alas nullas continent. Elytra punctis eleuatis, intricatis, plurimis rugosa, nigra margine in primis violaceo, nitido. Corpus & pedes atra.

*limbat* 51 — 52. CARABVS thorace elytrisque viridibus: margine fasciisque abbreviatis pallidis.

Habitat Chilonii sub lapidum aceruis Dom. de Sehestedt.

Magnitudo C. melanocephali at latior. Antennae pallidae. Caput virescens linea frontali antice bifida, albida. Os testaceum maxillis apice nigris labioque albo. Thorax latitudine fere elytrorum viridis margine antico & laterali pallidis. Elytra viridia margine pallido, a quo fasciae duae flexuosae abbreviatae exeunt. Corpus testaceum pedibus pallidis.

*vittatus* 56 — 57. CARABVS alatus, thorace marginato rufo, elytris atris: vitta alba.

Habitat in America boreali. Years.

Statura C. crux minoris. Antennae nigrae. Caput rufum. Thorax rotundatus, marginatus, rufus. Scutellum paruum, rufum. Elytra glabra, atra vitta longitudinali alba. Margo rufescens. Corpus ferrugineum. Pedes nigri.

*Morio* 9 — 10. PIMELIA thorace antice rotundato atra, antennis apice rufis.

Habitat in Anglia.

Anten-





Antennae apice moniliformes articulo ultimo rufo. Caput atrum. Thorax antice rotundatus, postice truncatus ater. Elytra striata. Corpus atrum.

4—5. HELOPS ater, thorace quadrato lae- *Morio*  
ui, elytris punctato striatis.

Habitat in America boreali.

Affinis H. nigritae at paullo maior. Antennae apice moniliformes articulo ultimo longiori, ovato. Thorax laevis, quadratus marginibus haud rotundatis, obscurus. Elytra punctato striata, obscura. Corpus subtus & pedes atra, nitida.

4—5. HELOPS ater, thoracis marginibus *Nigri-*  
rotundatis, elytris crenato fulcatis. *ta*

*Tenebrio atratus* oblongus ater, elytris fulcatis acutiusculis Syst. Ent. 256. 4.

Habitat in America meridionali.

Antennae apice moniliformes. Thorax laevis margine exteriori rotundato anguloque postico acuto. Plantae subtus lana rufa.

11—12. STAPHYLINVS niger, elytris <sup>2 gut.</sup>  
puncto albido, oculis prominulis Linn. *tarius*  
Syst. Nat. 2. 685. 15. Fn. Sv. 851.

Habitat ad littora maris Balthici de Sehestedt.

Affinis S. bipustulato, at differt manifeste thorace rotundiore & oculis magis prominulis.





*clavi-* 11 — 12. STAPHYLINVS niger immacula-  
*cornis* tus, thorace rotundato laeui, antennis ex-  
trorsum crassioribus.

Habitat Kilonii Lund.

Statura & magnitudo omnino S. 2 guttati.  
Antennae moniliformes, extrorsum crassio-  
res. Thorax rotundatus, ater, nitens, lae-  
uis. Elytra vix punctata, atra, immacula-  
ta. Abdomen & pedes atra.

*thora-* 1 — 2. OXYPORVS nigricans, thorace ru-  
*cicus* fo, elytris fuscis basi albis.

Habitat in Boletis. Captus Kilonii d.  
11. Iul. de Sehestedt.

Statura praecedentium at duplo minor.  
Antennae moniliformes, extrorsum crassio-  
res basi pallidae apice nigrae. Caput atrum,  
nitidum. Thorax rufus, nitidus. Elytra  
fusca, basi albida margine tamen crassiori  
fusco. Abdominis segmenta picea vel po-  
tius basi nigra apice rufescentia. Pedes fla-  
uescentes.

*pyg-* 2 — 3. OXYPORVS nigricans, thorace ely-  
*waenus* trisque pallidis.

Habitat in Boletis Captus Kilonii d. 11.  
Iul. de Sehestedt.

Affinis praecedenti at minor. Caput atrum,  
nitidum. Thorax obscure pallidus. Elytra  
pallida margine crassiori, fusco. Abdomen  
magis nigrum.



1—2. PAEDERVS niger, thorace rufo, elytris cyaneis. *ruficollis*

Habitat Kilonii frequens sub lapidibus littoralibus de Sehestedt.

Minor P. ripario. Caput atrum, nitidum antennis moniliformibus nigris. Thorax gibbus, rufus, nitidus. Elytra abbreviata, cyanea, nitida. Abdomen & pedes atra.

22. MANTIS thorace cylindrico flavescente, elytris alisque hyalinis immaculatis. *pufilla*

*Mantis pufilla* Pallas specill. Zool. fasc. IX. pag. 15. tab. 1. fig. 9.

Habitat in Africa.

Vix Raphidia Ophiopsi maior.

22—23. GRYLLVS thorace subcarinato, antennis clauatis, tibiis anticis ouato clauatis † Linn. Syst. Nat. 2. 701. 51. *sibiricus*

*Gryllus clauimanus* Pall. Spic. Zool. fasc. IX. p. 21. tab. 1. fig. 11.

Habitat in Sibiria.

7—8. ONISCVS cauda quadridentata. *linearis*  
Linn. Syst. Nat. 11. 1060. 9. Amoen. acad. 6. 415. 100.

*Oniscus unguulatus* Pall. spic. Zool. fasc. IX. pag. 62. tab. 4. fig. 11.

Habitat in Occano Indico.

17—18. ONISCVS ovalis, cauda obtusa, *affimiles*  
mutica Linn. Syst. Nat. 2. 1061. 13.

*Oniscus globator* Pall. spicill. Zool. fasc. IX. pag. 70. tab. 4. fig. 18?



Bast. Subsc. p. 144. tab. 13. fig. 3.

Habitat in Oceano Europaeo.

*signata* 1. *PODVRA* subglobosa fusca, abdominis lateribus fuluo maculatis.

*Podura* fusco-nigra, abdomine globoso signaturis ferrugineis Geoff. Inf. 2. 607. 1.

Habitat in locis humentibus.

Antennae longitudine fere corporis.

*halterata* 4—5. *EPHEMERA* cauda trifeta fusca, abdomine albido apice fusco.

Habitat Kilonii frequens.

Parua. Caput & thorax fusca, immaculata. Abdomen album apice fuscum. Cauda setis tribus corpore triplo longioribus. Alae duae magnae, albae margine crassiori nigricante. Pedes antici porrecti, albi.

*griseus* 1—2. *HEMEROBIVS* alis griseis albomaculatis.

Habitat in Africa Dom. Yeats.

Antennae desunt. Statura *H. pectinicornis* at minor. Caput & thorax ferruginea nigro-varia. Alae magnae, griseae striga punctata media punctisque sparsis apicis albis. Alae posticae basi nigrae.

*nitidulus* 5—6. *HEMEROBIVS* alis fusco nitidulis, corpore testaceo, pedibus pallidis.

Habitat in Germania de Hattorf.

Magnitudo *H. hirti*. Antennae longitudine



dine corporis fuscae. Caput testaceum oculis magnis nigris. Thorax & abdomen testacea, immaculata. Alae corpore multo maiores, fuscae auro rubroque nitidissimae, immaculatae. Pedes pallidi.

7—8. HEMEROBIVS niger ore pedibus<sup>longi-</sup>que pallidis, antennis longioribus fuscis.<sup>cornis</sup>

Habitat Kilonii in praedio nobilissimi comitis Holk Ekhoffdicto.

Paullo H. hirto minor. Antennae corpore triplo longiores fuscae, immaculatae. Caput nigrum ore pallido. Thorax & abdomen nigra, immaculata. Alae albae nervis punctoque marginali fuscis. Pedes pallidi.

6. PANORPA alis anticis flauo fuscoque<sup>balte-</sup>variegatis; posticis longissimis fuscis; ma<sup>rata</sup>culis tribus albis.

*Panorpa halterata* Forsk. discript. anim. 97. tab. 25. fig. E.

Habitat in Oriente.

Statura & summa affinitas P. Coae. Antennae filiformes, nigrae. Corpus nigrum. Alae anticae magnae, erectae, flauo fuscoque variegatae. Posticae longissimae, lineares, apice parum latiores, nigrae maculis tribus albis tertia alam terminante.

51—52. ICHNEVMON ater, abdomine<sup>polyce</sup>lineari longissimo, tibiis posticis clauatis.<sup>rator</sup>

Habitat in India.





Magnitudo I. manifestatoris. Corpus totum atrum, nitidum. Abdomen longissimum, lineare segmentis cylindricis. Alae breues, albae. Pedes atri tibiis posticis clauatis.

necator

74—75. ICHNEVMON niger, abdomine flauo apice nigro, pedibus flauis.

Roef. Inf. 2. Vesp. IV. tab. 4.

Habitat in Phalaenarum laruis, quas folliculis associatis albis obregunt.

Minutus. Antennae seraceae, nigrae. Thorax niger, nitidus, immaculatus. Abdomen flauum apice nigrum. Pedes flauis. Alae hyalinae macula costali nigra.

marginata

3—4. ANDRENA thorace pubescente, abdomine ferrugineo: segmentorum marginibus cinereis; primo toto atro.

Habitat in Germania de Hattorf.

Parua statura A. heluolae. Caput & thorax nigra lana cinerea pubescentia. Abdominis primum segmentum atrum reliqua ferruginea marginibus cinereis.

serotensis

8—9. APIS hirsuta atra, ano albo.

Habitat in Daniae nemoribus. Dom. Schlanbusch.

Statura omnino reliquorum at tota atra solo ano albo.

arbutorum

13—14. APIS hirsuta nigra; thorace antice flauo, ano rubro.

Habi-





Habitat in Daniae sylvis Dom. Schlan-  
busch.

Statura & magnitudo A. hortorum. Ca-  
put nigrum fronte pilis flavis. Thorax hir-  
tus, niger antice fascia flava & postice pilis  
rarissimis flavis. Abdomen hirtum nigrum  
ano late rufo.

22—23. APIS hirsuta atra, scutello abdo-<sup>mnio-</sup>  
mineque pallefcentibus, ano rufo. <sup>vum</sup>

Habitat in Chilonii nemoribus Dom.  
de Sehestedt.

Praecedentibus valde affinis at paullo mi-  
nor. Caput & thorax hirta, atra, imma-  
culata. Scutelli regio vti & abdomen  
pilis pallidis tecta. Anus rufescens. Pe-  
des nigri.

54—55. APIS nigra, abdomine cylindri-<sup>4 cin-</sup>  
co; fasciis quatuor albis, pedibus flavis. <sup>eta</sup>

Habitat in Daniae nemoribus Schlan-  
busch.

Magnitudo A. florifomnis. Antennae su-  
pra fulcae, subtus fulvae. Corpus nigrum pu-  
be parva cinerascens. Abdomen cylindri-  
cum segmentorum quatuor marginibus albis  
anteriorum interruptis. Pedes flavi.

2. TERMES thorace dentato. † <sup>arda</sup>

*Termes arda* Forskahl descript. anim.  
pag. 96. n. 61. tab. 25. fig. A.

Habitat in Aegypto fornices cylindri-  
cos progrediendo inaedificans. De-



struens cibaria, arbores, fructus omniaque. Praecedenti valde affinis an distincta.

*Cylindrus*

33 — 34. **CANCER** thorace bisulcato: lateribus dilatato cylindricis apice spinosis.

Habitat Tranquebariae.

Statura singularis. Corpus paruum. Frons obtusa, canaliculata. Thorax globosus sulcis duobus magnis unicoque antico transuersali impressis intus hirtis. Latera thoracis ultra longitudinem corporis dilatata, cylindrica, albida punctis rubris scabra apiceque spina alba, valida armata. Cauda sub abdomine inflexa, albida, scabra in medio longitudinaliter bisulcata. Pedes mihi desunt.

*grossipes*

1. **GAMMARVS** manibus adactylis longitudine corporis.

*Cancer grossipes* Linn. Syst. Nat. 2. 1055. 80.  
*Astacus muticus* pede antico subulato edentulo longissimo crassissimo Gronov. Zooph. 989. tab. 17. fig. 7.

*Oniscus volutator* Pallas Spic. Zool. fascic. IX. p. 59. tab. 4. fig. 9.

Habitat in Europae aquis stagnantibus.

*nobilis*  
*rata*

3. **AGRION** alis erectis: posticis supra viridi-sericeis apice atris.

Habitat in America meridionali Spengler. Statura & magnitudo A. Virgo. Corpus totum viride, nitidum. Alae anticae reticulatae,



culatae, obscurae, posticae viridi sericeae, nitidae apice & subtus atrae.

4. AGRION alis reticulatis, abdomine longissimo lineari. *linearis*

Habitat in India Dr. Fothergill.

Statura A. puellae at maior. Corpus fuscum abdomine lineari, longissimo. Alae porrectae, reticulatae, anticis macula apicis oblonga, alba, posticis fusca.

- 3—4. ARANEA virescens, thoracis lateribus abdominisque lineis duabus nigris. *signata*

Habitat in nemoribus Kiloniensibus capt. d. XI, Iul.

Parua. Caput virescens atomis aliquot nigris. Thorax itidem virescens lateribus superne late nigris. Abdomen globosum, virescens vtrinque linea lata e maculis quatuor transuersis nigris, quae tamen lineae nec basin nec apicem abdominis attingunt. Papilli textorii prominent. Pedes virides punctis nigris.

- 8—9. ARANEA viridis, abdominis dorso fusco. *dorsata*

Habitat in nemoribus Kiloniensibus.

Parua. Caput, thorax & pedes viridia, immaculata. Abdomen ouatum, subtus pallidum supra fuscum limbo pallecente.

- 33—34. ARANEA cinerea, abdominis dorso fusco: punctis octo cinereis. *cinerea*



Habitat ad littora finus Kiloniensis.

Media. Maxillae cinereae vnguibus nigris. Oculi quatuor inferiores minutissimi quatuor superiores multo maiores. Thorax cinereus, immaculatus. Abdomen ouatum dorso obscuro punctis quatuor parium cinereis, minutissimis. Pedes cinerei fusco annulati femoribus immaculatis.

*xyopa* 35 — 36. ARANEA virescens, abdominis dorso late sanguineo.

Habitat in praedio nobilissimi comitis  
Holk Ekhoﬀ dicto.

Caput & thorax pallide virescentia maxillis apice nigris lineisque duabus dorsalibus thoracis obscurioribus. Abdomen ouatum, pubescens supra dorso sanguineo punctis aliquot nigris, lateribus flavescentibus, immaculatis. Papillae textoriae apice nigrae. Pedes elongati, virescentes tibiis anticis apice nigris.

*Reinus* 16 — 17. PAPILIO, E. T. alis dentatis subconcoloribus nigris: posticis vtrinque maculis flavis marginalibus.

*Papilio Hippolythus* Cram. Inf. 1. 13. tab. 10. fig. A. B.

Seba Mus. 4. tab. 46. fig. 11. 12.

Habitat in Amboina.

Magnus Alae posticae subtus paullo albidiores. Margo alarum posticarum cingitur vtrinque maculis sex inaequalibus flavis.





22—23. PAPHILIO. E. T. alis dentatis nigro aeneis: anticis macula quadrifida flava, posticis subtus lunulis rubris, cyaneis flavisque. *Androgeus*

*Papilio Androgeus* Cram. Inf. 2. tab. 16. fig. C. D.

Habitat Surinami.

Affinis P. Polydamas.

23—24. PAPHILIO. E. T. alis dentatis atris: anticis striga alba, posticis macula media alba lunulisque rubris. *Lysander*

Habitat in India Dr. Fothergill.

Magnitudo & statura P. Aeneas. Alae anticae atrae striga media alba. Posticae dentatae, atrae macula media magna alba posticeque lunulis tribus anguloque ani rubris.

30—31. PAPHILIO. E. A. alis dentato bicaudatis fulvis margine nigris: subtus fascia maculisque albis nigra foetis. *Castor*

*Papilio Castor* Cram. Inf. 4. tab. 37. fig. E. F.

Habitat in Guinea.

Statura praecedentium. Alae subtus purpurascentes basi maculis variis albis nigra foetis, in medio fascia alba apice maculis ocellaribus.

Conf. *Papilio Pelias* Cram. Inf. 1. tab. 3. fig. C. D. vix distincta species videtur.

30—31. PAPHILIO. E. A. alis dentato bicaudatis fuscis fascia flava: subtus fascia maculisque albis nigra foetis. *Pollux*

Pa.





*Papilio Pollux* Cram. Inf. 4. tab. 37. fig.  
C. D.

Habitat in Guinea.

Nimis praecedenti affinis. Differt tamen colore supra fusco punctisque marginalibus coeruleis & subtus defectu macularum ocellatarum.

*Crethors* 40—41. PAPILIO. E. A. alis caudatis: supra fuscis, subtus glaucis, fascia vtrinque alba.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Paruus. Antennae extrorsum crassiores haud capitatae. Corpus fuscum. Alae anticae fuscae basi strigis aliquot obscurioribus, in medio fascia lata alba, apice nigrae punctis sex aut septem albis. Subtus glaucae fascia alba strigisque fulvis. Posticae fuscae striga continuata alba, quae tamen angulum ani haud attingit. Margo posticus strigosus maculis tribus ocellaribus atris iride alba. Ad angulum ani macula parua rufa. Cauda elongata atra margine albo. Subtus glaucae fascia lata alba strigisque fulvis postice punctis tribus atris punctoque ani rufo.

*Orsilobus* 40—41. PAPILIO. E. A. alis caudatis fuscis: anticis fasciis duabus, posticis vnica albis, subtus basi albis fascia fulua.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Affinis praecedenti eiusdemque staturae & magnitudinis. Alae anticae fuscae fasciis duabus

duabus albis posteriore lineari, subtus basi albae fascia fulva, apice fuscae strigis duabus glaucis, exteriori extrorsum bifida. Posticae fuscae fascia continuata alba, quae angulum ani haud attingit. Maculae duae atrae iride alba ad angulum ani. Angulus ani appendiculatus ferrugineus. Cauda elongata, atra margine albo. Subtus basi albae fascia fulva, apice fuscae striga glauca. Margo nigro-strigosus. Cauda nigra margine albo. Angulus ani macula rufa puncto atro.

60—61. PAPILIO. E. A. alis dentatis nigris *Amphi-*  
fascia inaequali flava: posticis subtus stri-*trion*  
ga e punctis flavis lunulisque cyaneis.

*Papilio Amphitrion* Cram. Inf. 1. tab. 7.  
fig. A. B.

Seb. Mus. 4. tab. 8. fig. 7. 8.

Habitat in America.

Magnus. Corpus nigrum, immaculatum. Alae anticae concolores, nigrae maculis quatuor ovatis fasciam fere constituentibus interruptam. Posticae nigrae fascia inaequali versus angulum ani attenuata flava, quae tamen margines haud attingit. Subtus nigrae striga e punctis septem magnis orbiculatis flavis & alia striga e lunulis septem coeruleis, quae ad angulum ani puncto flavo terminatur. Margo ipse sinubus flavis.

66—67. PAPILIO E. A. alis angulato-re-*Auro-*  
pandis fuscis: subtus lividiusculis ocello *medors*  
anguli ani, *Popsi.*



*Papilio Automedon* Cram. Inf. 4. tab. 41.  
fig. A. B.

Habitat Surinami.

Magnitudo & statura P. Teucer. Alae maris coeruleo colore nitidae, foeminae obscuriores. Subtus lucidae striga obliqua basios alba versusque angulum ani ocello coerulefcente.

*Hecale* 80—81. PAPILIO H. alis oblongis integerrimis nigris: anticis fascia posticis subtus punctis marginalibus albis.

*Papilio Pasithoe* Cram. Inf. 2. tab. 17.  
fig. A. B.

Habitat Surinami.

Magnus. Caput atrum flauo punctatum. Corpus nigrum abdomine subtus flauo. Alae anticae nigrae fascia lata alba, in qua: puncta aliquot nigra, postice bifida. Puncta alba versus apicem, subtus concolores. Posticae supra atrae, immacolatae, subtus nigrae basi parum flauescences & apice striga punctorum albidorum.

*Braffolis* 81—82. PAPILIO H. alis oblongis integris fuscis: anticis flauo maculatis, posticis subtus sanguineo radiatis.

*Papilio Bellona* Cram. Inf. 2. tab. 13.  
fig. E. F.

Habitat Surinami.

Statura P. Myrti. Alae anticae vtrinque flauo maculatae, posticae supra immacolatae, subtus rubro radiatae.

81—82.

81—82. PAPILIO. H. alis oblongis integris *Thales*  
subconcoloribus atris basi rubro radiatis:  
anticis flauo maculatis.

*Papilio Thales* Cram. Inf. 4. tab. 38. fig.

C D. Aub. Miscell. tab. 72. fig. 3. 4.

Habitat Surinami.

Praecedentibus affinis. Alae omnes basi  
rufo radiatae, anticæ flauo vtrinque maculatae.

83—84. PAPILIO. H. alis oblongis integris *Aegle*  
atris: anticis maculis, posticis disco hya-  
linis.

Habitat in India Dr. Schulz.

Statura omnino P. Psidii at triplo minor.  
Alae anticae supra atrae macula magna cu-  
neiformi baseos fascia atra diuisa. Versus  
apicem maculae duae maiores & tres mino-  
res hyalinae. Subtus concolores at inter ma-  
culas litura fulua & puncta tria apicis alba.  
Posticae supra atrae disco hyalino fasciaque  
submarginali abbreviata fulua. Subtus disco  
hyalino, qui includitur linea atra, tunc ma-  
iori fulua margine tamen ipso atro punctis  
tribus apicis albis.

126—27. PAPILIO. D. C. alis rotundatis *Edufa*  
integerrimis albis fusco maculatis: posticis  
subtus virescentibus albo maculatis.

Habitat Chilonii Dom. de Schestedt.

Statura & magnitudo P. Cardamines. An-  
tennae fuscae claua apice alba. Alae anticae  
albae in medio maculis duabus nigris altera  
ad





ad marginem crassiolem, altera ad tenuio-  
rem; apice nigrae albo punctatae. Posti-  
cae supra albae margine nigro maculato.  
Subtus anticae concolores at maculis magis  
virescentibus, posticae late virides maculis  
tribus baseos, fascia media ad marginem te-  
nuiolem interrupta maculisque marginali-  
bus albis.

*Leucip-* 132 — 33. PAPILIO. D. C. alis integerrimis  
*ps* fuluis: posticis supra flauis.

*Papilio Leucippe* Cram. Inf. 3. tab. 36.  
fig. A. B. C.

Habitat in India orientali, Amboina.

Magnus. Alae anticae supra fuluae pun-  
ctis marginalibus atris, subtus fuluae imma-  
culatae. Posticae supra flauissimae (foemi-  
nae) maculis marginalibus nigris, subtus  
pallide fuluae, atomis nigris.

*Iphige-* 136 — 37. PAPILIO D. C. alis integerrimis  
*nia* albis apice atris: posticis subtus flauescen-  
tibus fascia media atra; striga abbreviata  
fulua.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Medius. Alae omnes supra albae anticis  
apice atris. Margo posticus nigrescit. Sub-  
tus alae anticae concolores, posticae flauescen-  
tes striga baseos atra. In medio fascia  
lata abbreviata atra, in qua striga etiam ab-  
breuiata fulua. In margine ipso maculae  
nigrae, quarum anteriores maiores.



144—45. PAPILIO D. C. alis rotundatis fl. <sup>Sesia</sup>  
 uis apice (medio fuluo) atris: posticis sub-  
 tus maculis septem ocellaribus albis.

Habitat in America Dom. Spengler.

Medius. Antennae clauatae, nigrae cla-  
 ua apice ferruginea. Alae anticae flauissimae  
 apice nigrae macula media fulua. Posticae  
 rotundatae, flauissimae margine nigro. Sub-  
 tus omnes flauissimae punctis marginalibus  
 atris & in posticis puncta septem alba iride  
 ferruginea cincta.

160—61. PAPILIO D. F. alis integerrimis <sup>Cypa-</sup>  
 nigris: fasciis duabus albis; anteriorum <sup>rissias</sup>  
 obliquis, posticarum punctatis.

*Papilio Daedalus* Cram. Inf. 1. tab. 1. fig. A. B.

Habitat in America meridionali.

Antennae clauatae claua acuminata. Alae  
 nigrae certo situ viridi colore splendentes.

167—68. PAPILIO D. F. alis integerrimis <sup>Galant-</sup>  
 supra atris sanguineo - fasciatis: anticis <sup>his</sup>  
 punctis duobus apicis albis.

*Papilio Galanthis* Cramer Inf. 3. tab. 25.  
 fig. D. E.

Habitat Surinami.

Medius. Alae anticae atrae basi fasciaque  
 sanguineis. Puncta duo parua alba approxi-  
 mata oblonga apicis. Posticae atrae fascia  
 obliqua sanguinea. Subtus anticae fluae  
 fuluo irroratae fasciis duabus oliuaceis poste-  
 riore apicis. Posticae basi fuscae apice flau-  
 scentes fascia oliuacea: R 172-73.



*Gilippus* 172 — 73. PAPHILIO D. F. alis integerrimis concoloribus fulvis albo maculatis: margine atro punctis albis.

*Papilio Gilippus* Cram. Inf. 3. tab. 26. fig. C. D.

Habitat in America meridionali.

Statura omnino P. Mississippi at paullo minor. Alae omnes fulvae albo maculatae. Margo posticus ater strigis tribus punctorum alborum.

*Lucinda* 184 — 85. PAPHILIO D. F. alis integerrimis nigro fasciatis: supra coeruleis, subtus fulvis.

*Papilio Lucinda* Cram. Inf. 1. tab. 1. fig. E. F.

Seb. Mus. 4. tab. 13. fig. 25. 26.

Habitat Surinami.

Paruus statura P. Morpheus. Striga punctorum nigrorum verius marginem in anticis subtus, in posticis vtrinque.

*Iairus* 187 — 88. PAPHILIO D. F. alis integerrimis fuscis: posticis supra ocello subtus duobus; postico sesquialtero.

*Papilio Iairus* Cram. Inf. 1. p. 9. tab. 6. fig. A. B.

Habitat in India orientali.

Magnus. Alae omnes integerrimae, fuscae anticis fascia, posticis basi albidis. Ocellus magnus coeruleus iride flava pupillaque alba alarum posticarum & subtus duo eiusdem coloris, quorum posteriori ocellus minor itidem pupillatus adnatus.



189—90. PAPILIO D. F. alis integerrimis *Philo-*  
fuscis: subtus anticis ocello, posticis li- *cles*  
neis transuersis vndatis. Linn. Syst. Nat.  
2. 791. 240. Mus. Lud. Vlr. 321. Clerk.  
Icon. tab. 45. fig. 3.

Habitat in Indiis.

Variat alis supra atris fascia coerulefcente  
maculaque magna alba ani & alis fuscis lineis  
transuersis vndatis fasciaque alba.

189—90. PAPILIO D. F. alis integerrimis *Croesus*  
cyaneis strigis atris numerosis: anticis su-  
pra macula ocellari tripupillata.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Alae anticae supra cyaneae strigis aliquot  
apiceque atris. In medio macula magna atra  
punctis tribus paruis albis. Subtus cyaneae,  
nitidae arcu apiceque atris. Posticae vtrin-  
que cyaneae strigis numerosis vndatis atris.

201—2. PAPILIO D. F. alis integerrimis *Datus*  
fuluis: anticis ocellis duobus, posticis  
sex coecis, subtus pupillatis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz, Kilonii  
Seheftedt.

Medius. Alae anticae supra fuluae ocel-  
lis duobus atris coecis tertioque minutissi-  
mo vix distincto; subtus fascia alba ocellis  
duobus pupilla alba. Posticae obscuriores  
ocellis quinque aut sex coecis; subtus gri-  
seae fascia interrupta alba ocellis sex atris  
pupilla alba posteriore didymo.



*Ocyre-* 216—17. PAPILIO N. G. alis dentatis su-  
*te* pra fuscis immaculatis subtus glaucis stri-  
 gistribus obscuris: posticis ocellis quinque.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Paullo maior P. Penelope. Alae supra omnes fuscae, immaculatae striga marginali flavescente. Subtus omnes glaucae, anticis strigis tribus obscuris, posteriore vndata, posticis strigis quatuor bases fere obsoletis apicis vndata. Ocelli duo obsoleti, minuti in apice alae anticae & quinque maiores atri iride flava pupilla alba in posticis inter strigas vltimas. Ocellus 2. 3. obsoleti.

*Ocyrr-* 216—17. PAPILIO N. G. alis dentatis su-  
*boe* pra albis apice fuscis, subtus fuscis: fasciis duabus albis, posticis ocellis quinque.

Habitat, Surinami Dr. Schulz.

Statura praecedentis. Alae anticae supra albae apice fuscae, subtus fuscae fasciis duabus albis. Ante marginem posticum ocelli quatuor parui pupilla alba. Margo ipse glaucus strigis duabus obscurioribus: anteriore vndata. Posticae supra albae margine strigis duabus vndatis punctoque ante marginem nigris. Subtus fuscae fasciis duabus latis albis. Ocelli quinque ante marginem 1. 4. maioribus atris, 5 minore atro, 2, 3 minoribus fuscis pupilla duplici argentea. Margo strigosus.

*Аукаса* 217—18. PAPILIO. N. G. alis subdentatis  
 fuscis:





fuscis: posticis coerulefcentibus; fubtus ocellis quinque.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Statura praecedentis. Alae anticae fupra fuscae, immaculatae, fubtus ftrigis duabus obliquis obfcurioribus. Verfus apicem ocelli tres exteriori pupilla duplici, interioribus obfoletis. Posticae fupra cyanae, nitidae; fubtus cyanae ftrigis duabus obliquis fuscis. Ante marginem ocelli quinque i. 4. maioribus atris, reliquis fuscis. Margo ftrigofus.

226 — 27. PAPILIO N. G. alis dentatis fu- *Peri-*  
fcis: anticis ocello obfoleto; fubtus ftri- *boea*  
ga flaufcente, posticis punctis ocellari-  
bus atris.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Medius. Alae anticae fuscae ocello magno atro iride flaufcente pupilla alba, at obfoleta ad marginem anticum. Subtus grifeae ftriga flaufcente punctis duobus minutiffimis albis. Posticae fuscae ocello paruo obfoleto margineque ftrigofa. Subtus grifeae ftriga flaufcente punctisque 5 — 6 paruis ocellaribus atris.

230 — 31. PAPILIO N. G. alis dentatis fu- *Hefio-*  
fcis fubtus ftriga obliqua alba: anticis o- *ne*  
cellis duobus posticis fefqui tertiis.

*Papilio Hefione* Cram. Inf. i. tab. i i. fig. C. D.

Habitat Surinami.

Alae fupra immaculatae. Subtus fascia  
R 3 alba





alba margines haud attingit. Ocelli fusci pupilla alba iride fulua annulo nigro coeruleoque cincta.

*Doris* 232—33. PAPILIO N. G. alis dentatis fuscis: subtus coeruleis nigro fasciatis ocellis trium parium.

*Papilio Doris* Cram. Inf. I. tab. 8. fig. B. C.  
Habitat Surinami.

Statura praecedentium parua. Alae omnes supra fuscae margine postico alarum posticarum parum albicante. Subtus omnes coeruleae, nitidae fasciis quatuor nigris. In fascia tertia ocelli sex per paria approximati nigri iride fulua pupillaque albida. Primum par ad marginem exteriorem alae anticae, secundum ad marginem exteriorem alae posticae, & tertium denique ad angulum ani.

*Hiera* 236—37. PAPILIO. N. G. alis dentatis fuscis: anticis vtrinqe ocello sesqui altero, posticis subtus nebulosis ocellis sex.

Schaeff. Icon. tab. 58. fig. 2. 3.

Habitat in Europae pratis syluaticis.

Affinis *P. Iurtina* attamen distincta videtur. Alae anticae fuscae vtrinqe litura flaua. Ocellus magnus ater pupilla alba in altero sexu duplicata. Inter hunc & apicem ocellus minutissimus pupilla alba. Posticae supra fuscae ocellis tribus pupilla alba exteriore coeco; subtus fusco cinereoque nebulosae ocellis sex interiore duplicato.



236—37. PAPILIO N. G. alis dentatis fusca: anticis ocellis vtrinque duobus posticis sex: pupilla violacea. *Tisiphone*

*Papilio Tisiphone* Naturforsch. C. 18.  
tab. 1. fig. 1 — 2.

Habitat in Germaniae sylvis.

Magnitudo & statura praecedentis. Alae anticae fuscae fascia abbreviata flava. Versus apicem ocelli duo nigri iride flava pupillaque violacea. Posticae fuscae versus marginem posticum ocelli sex nigri iride flava pupillaque violacea subtus omnes concolores.

242—43. PAPILIO N. G. alis crenatis nigris area sanguinea: posticis subtus marginalis ocellis septem. *Clau- dia*

Habitat in India Dr. Schulz.

Magnitudo P. Tulbaghiaae. Palpi albi apice nigri. Corpus fuscum. Alae supra omnes nigrae area lata laete sanguinea. Subtus anticae rubrae macula alba tribusque marginalibus atris, apice nigrae striga maculisque duabus obsoletis, marginalibus, cinereis. Posticae basi nigro cinereoque marmoratae. In medio striga flexuosa flava coeruleascensque, apice testaceae ocellis septem atris pupilla coerulea: interiore duplicata. Striga marginalis atra.

247—48. PAPILIO N. G. alis dentatis atris: posticis fascia sanguinea ocellis supra quinque subtus septem. *Calisto*



*Papilio Calisto* Cram. Inf. 2. tab. 24. fig. A. B.

D'Aubenton miscell. tab. 20. fig. 2. 3.

Seba Mus. 4. tab. 44. fig. 12. 13.

Habitat in Africa.

Magnus. Alæ posticæ supra atræ fascia lata antice alba postice rubra ocellis quinque atris pupilla coerulescente, subtus fuscae fascia rubra ocellis septem ultimo didymo.

*Thetys*

250—51. PAPHILIO N. P. alis bicaudato-dentatis fulvis strigis nigris: posticis subtus glaucis nigro punctatis.

Habitat in America meridionali D. Spengler.

Magnitudo P. Troglodytæ. Antennæ clauatæ supra nigrae, subtus albæ. Corpus supra ferrugineo hirtum, subtus albidum. Alæ anticæ falcatae, dentatae, fulvæ strigis tribus margineque exteriori nigris. Ante strigam priorem lineola transversa punctaque quatuor parva nigra. Inter strigam 1. 2. lineola transversa & adangulum ani litura nigra. Subtus fusco glaucoque variegatae. Posticæ dentatae, bicaudatae cauda interiori breviori, fulvæ strigis quatuor nigris. Adangulum ani puncta duo nigra annulo albo cincta lunulaeque duæ albæ inter caudas. Subtus glaucæ, basi obscuriores striga obliqua fusca, versus marginem posticum striga punctorum atrorum subocellatorum.

*Progne* 264—65. PAPHILIO. N. P. alis caudato dentatis



tatis fulvis punctis margineque albo punctato nigris: subtus griseis.

*Papilio Progne* Cram. Inf. 1. tab. 5. fig. E. F.

Habitat in America meridionali.

Simillimus *P. C.* albo, at margo posticus alarum niger in posticis albo punctatus.

271—72. PAPILIO. N. P. alis dentatis flavis nigro variegatis apice radiatis: posticis punctis septem rubris.

*Papilio Hypermnestra* Scop. Ent. 425.

Roef. Inf. 4. tab. 7.

Catesb. Carol. 2. 95. tab. 95.

Habitat in Europa australiori, America.

280—81. PAPILIO N. P. alis dentato caudatis flavo nigroque variis: posticis punctis quatuor albis.

Habitat in India Dr. Schulz.

Magnus. Alæ anticæ dentatæ apice interiori truncatæ & fere emarginatæ supra basin fulvæ, tunc nigræ fascia lata maculis duabus apicis flavis, subtus variegatæ. Posticæ apice truncatæ, dentatæ cauda elongata basi fulvæ apice atræ punctis quatuor albis. Subtus glauco fuscoque variegatæ.

299—300. PAPILIO N. P. alis dentatis albis: limbo fulvo, posticis subtus fulvis, fasciis duabus punctoque medio albis.

Habitat in India Dr. Schulz.

Parvus. Alæ anticæ supra albæ basi subfuscescentes apice fulvæ margine dentato nigro.



nigro. Subtus testaceae macula magna disci punctisque aliquot versus apicem albis. Posticae supra albae limbo fuluo nigro marginato. Subtus fuluae fascia baseos alba integra, tunc punctum medium album, tum fascia e maculis septem albis, demum maculae septem albae obsoletae marginales. Margo ipse tenuissime niger.

*Hylla* 304—5. PAPILIO N. P. alis dentatis fuluis nigro punctatis: posticis basi supra fuscis, subtus albidis.

*Papilio Hyllus* Cram. Inf. 4. tab. 43. f. B. C.  
Habitat in Oriente.

Minor P. Cinxiae. Alae anticae vtrinque fuluae nigro-punctatae supra margine fusco. Posticae nigro punctatae supra basi fuscae apice fuluae, subtus basi albidae apice fuluae.

*Cynara* 308—9. PAPILIO N. P. alis dentatis fuscis atro flauoque variis: posticis subtus viridibus maculis tribus fasciisque duabus argenteis.

*Papilio Maja* Cram. Inf. 3. tab. 25. fig. B. C.  
Habitat in Oriente.

Statura P. Paphia. Alae omnes supra fuscae margine flauo atro maculato. Subtus anticae fuluae nigro maculatae, posticae virides maculis tribus baseos & versus apicem fasciis duabus argenteis fuluo marginatis ad angulum ani coeuntibus.

*Faunus* 321—22. PAPILIO P. R. alis tricandatis fuscis: subtus albis strigis duabus fuluis.

*Papilio*





*Papilio Faunus* Drury Inf. 2. tab. 1. fig. 4. 5.

Cram. Inf. 4. tab. 39. fig. B. C.

Habitat in Sierra Leon. Africae.

Alae posticae striga postica alba. Caudae albae striga postica subtus marginalis.

322 — 23. PAPILIO P. R. alis subtricaudatis *Pelion* coeruleis auro punctatis: limbo fusco.

*Papilio Pelion* Cramer Inf. 1. tab. 6. fig. E. F.

Habitat in America meridionali.

Statura praecedentium. Alae tricaudatae cauda interiori breuissima, coeruleae punctis aureis numerosis limboque fusco. Subtus fuscae albo fasciatae basi obscuriores, anticis puncto paruo coccineo.

322 — 23. PAPILIO P. R. alis subtricaudatis *Aunus* coeruleis limbo atro: subtus nigris albo-fasciatis.

*Papilio Aunus* Cram. Inf. 2. t. 23. fig. E. F.

Habitat in Curacao Americae.

Paruus, alae tricaudatae cauda intermedia longiore ante apicem alba.

323 — 24. PAPILIO P. R. alis bicaudatis coeruleis *Gany- medes* limbo fusco: subtus basi virescentibus punctis aureis.

*Papilio Ganymedes* Cram. Inf. 4. tab. 40. f. C. D.

Habitat in India.

Alae supra coeruleae, nitidae puncto centrali anticarum limboque omni fuscis. Subtus omnes basi virescentes punctis numerosis aureis. In medio anticarum strigae duae albæ



albæ vnicaque purpurea albæ adnata, posticarum fascia alba, purpurea viridisque approximata. Margo posticus fuscus punctis aliquot aureis ad angulum ani.

*Mars* 324—25. PAPILIO P. R. alis bicaudatis fuscis: posticis macula rufa, subtus punctis duobus fasciaque obliqua alba.

Habitat in America meridionali Dom. Spengler.

Statura præcedentium. Antennæ albo nigroque annulatæ claua apice ferruginea. Alæ anticæ fuscae macula media obscuriore. Subtus cinereæ fascia obliqua alba. Posticæ caudatæ: caudis fuscis apice albis; exteriori multo breuiore, fuscae macula ante marginem rufa. Subtus cinereæ punctis duobus fasciaque obliqua albis. Macula magna rufa ante angulum ani.

*Celerio* 324—25. PAPILIO. P. R. alis bicaudatis albis, subtus fasciis fuscis albisque alternis; angulo ani ocello triplici rufo.

*Papilio Celerio* Cram. Inf. 3. tab. 31. fig. C. D. Habitat Surinami.

Alæ supra albæ anticis apice posticis margine punctato nigris.

*Telemus* 325—26. PAPILIO P. R. alis bicaudatis coeruleis nitidis: posticis subtus striga marginali angulata atra.

*Papilio Telemus* Cram. Inf. 1. tab. 4. fig. D. E. Habitat in America meridionali.

Alae

Alæ omnes coeruleæ anticis supra macula media atra. Caudæ duæ nigræ.

325 — 26. PAPHILIO P. R. alis bicaudatis supra fuscis immaculatis: posticis subtus angulo ani fasciis tribus coeruleis. *Hemon*

*Papilio Hemon* Cram. Inf. 2. tab. 20. fig. D. E.

Habitat Surinami.

Alæ subtus pallidiores anticis strigis duabus dimidiatis nigris, posticis puncto baseos atro pupilla laterali alba, versus angulum ani striga incurva abbreviata alba & versus marginem strigæ tres nigræ, quæ ad angulum ani fasciis tribus coeruleis separantur.

341 — 42. PAPHILIO P. R. alis caudatis albis apice fuscis: subtus albo atroque fasciatis; angulo ani punctis tribus albis. *Linus*

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Alæ anticæ albæ puncto medio apiceque late fusca. Subtus fasciis quatuor albis atrisque alternis, intermediis duabus atris abbreviatis. Margo ipse striga abbreviata, ferruginea. Posticæ albæ margine nigro striga alba. Cauda nigra terminatur puncto albo. Subtus fasciis sex albis atrisque alternis ad angulum ani coeuntibus. Fascia exterior & interior ferrugineæ. Angulus ani ater punctis tribus albis.

348 — 49. PAPHILIO P. R. alis integris supra albis fasciis fuscis: subtus fasciis albis nigrisque alternis. *Icarus*

*Papilio*



*Papilio Philemon* Cram. Inf. 2. tab. 22. f. G. H.  
Habitat Surinami.

Alæ supra albæ fasciis quatuor punctoque  
intra primam & secundam fuscis. Subtus  
fasciis albis nigrisque alternis postica nigra  
in alis posticis punctata.

*Hippo-  
thoe*

353 — 54. PAPILIO P. R. alis integris mar-  
gine albo: subtus cinereis punctis ocella-  
ribus numerosis.

*Papilio Hippothoe* Linn. Syst. Nat. 2. 793.  
254. Fn Sv. 1046.

Roef. Inf. 3. tab. 37. fig. 6. 7.

De Geer. Inf. 2. tab. 2.

Habitat in Europæ pratis syluaticis.

Color alarum superne nimis variat. In-  
terdum omnes fulvæ margine maculaque  
enteriarum nigris, interdum fuscæ fulvo ma-  
culatæ nigroque punctatæ, interdum fulvo  
coerulescentes nigro punctatæ. Margo ve-  
ro semper tenuissime albus.

*Cassius*

360 — 61. PAPILIO P. R. alis integris supra  
albis: anticis limbo fusco, posticis fim-  
bria punctata.

*Papilio Cassius* Cram. Inf. 2. tab. 23. fig. C. D.  
Habitat Surinami.

Paruus. Alæ anticæ limbo maculisque  
duabus disci fuscis. Macula baseos coerulea.  
Posticæ albæ margine postico punctisquin-  
que nigris, quæ strigis duabus includuntur.  
Subtus omnes albæ nigromaculatæ margine  
postico nigro punctato.





381. PAPILO P. V. alis caudatis atris fasciis *Licor.*  
 duabus albis: angulo ani rubro bimaculato. *sis*

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Alæ anticæ atræ fasciis duabus albis, sub-  
 tus concolores lineola punctoque baseos ru-  
 bris. Posticæ atræ fasciis duabus obliquis al-  
 bis posteriore obsoleta. Cauda elongata ob-  
 tusa punctis aliquot obsoletis albis. Adangu-  
 lum ani puncta duo rubra. Subtus conco-  
 lores, at intermaculas anales puncta duo  
 parva cyanea.

381—82. PAPILO P. U. aliis caudatis fu- *Meli-*  
 scis: anticis striga posticis duabus sangui- *boeus*  
 neis, subtus cyaneo nitidissimis.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Alæ anticæ fuscae striga obliqua sanguinea.  
 Subtus cyaneæ nitidissimæ fascia margineque  
 atris. Posticæ fuscae strigis duabus rubris,  
 quarum anterior marginem exteriorem, po-  
 sterior interiorem haud attingit. Subtus  
 cyaneæ fascia lata atra. Angulus ani pun-  
 cto rubro alboque.

391—92. PAPILO P. U. alis rotundatis in- *Ara-*  
 tegris fuscis: posticis subtus griseis ma- *cintibus*  
 culis ocellaribus albis.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Antennæ albo nigroque annulatæ clau-  
 ouata ferruginea. Corpus fuscum subtus al-  
 bicans. Alæ anticæ fuscae litura parva flae-  
 scente ad marginem crassiolem. Subtus fu-  
 scæ





scæ apice flauo maculatæ. Posticæ supra fuscæ, immaculatæ, subtus cinereæ maculis ocellaribus albis duodecim annulo nigro cinctis 2. 4. 6. vltimis sex confluentibus.

*Menip-  
pus* 397—98. PAPILIO P. U. alis integerrimis striatis fuscis: fascia lata alba.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Antennæ nigræ claua acuminata. Corpus nigrum. Alæ anticæ supra striatæ, fuscæ fascia media lata alba puncto centrali fusco. Subtus concolores at magis albidæ. Posticæ striatæ fuscæ fascia latiore alba, immaculata. Subtus albidæ apice fuscæ.

*fusca* 2—3. SPHINX alis angulatis obscuris puncto atro: posticis atris fascia fulua.

Habitat in America meridionali D. Spengler.

Statura S. lugubris. Alæ anticæ cinereæ fusco repando fasciatæ. In medio alæ punctum atrum (interdum duo.) Subtus obscure griseæ. Posticæ supra atræ fascia lata fulua, quæ marginem tenuiorem haud attingit. Angulus ani cinereus litura fulua. Subtus griseæ, immaculatæ.

*fene-  
strina* 3—4. SPHINX alis eroso dentatis fusco aureis: maculis duabus fenestratis.

*Sphinx fenestrina* Schiefferm. Prodr. 44.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Magnitudo maioris Muscæ. Corpus fuscum palpis albidis. Abdomen cingulis duobus

bus albis anteriore tenuiore. Alæ concolores fusco aureæ, nitidæ punctis flavis sparsis. In medio maculæ duæ approximatae fenestratae in posticis fere fasciam constituentes. Margo potticus niger maculis duabus albis.

6—7. SPHINX alis dentatis nigris strigis *Cacus* tribus approximatis pallidis: posticis flavis nigro striatis.

*Sphinx Cacus* Cram. Inf. 4. tab. 46. fig. E.

Habitat Surinami.

Magnitudo S. Ello. Alæ anticæ dentatæ nigræ strigis tribus incurvis pallidis. Posticæ flavæ margine postico striisque octo basin haud attingentibus nigris. Corpus nigricans abdomine cingulis cinereis nigrisque alternis.

16—17. SPHINX alis integris griseis: puncto medio albo, abdominis lateribus albis nigro marginatis. *plebeja*

Habitat in Americæ Insula st. Crux D. Spengler.

Magnitudo S. Pinastris. Alæ anticæ griseæ lineolis aliquot indistinctis nigris punctoque medio albo. Posticæ vti omnes subtus nigræ margine postico tenuissime albo. Abdomen supra griseum linea dorsali nigra. Latera alba vtrinque nigra. Subtus album lineæ punctorum fuscorum.

17—18. SPHINX alis integris virescentibus *Gallii* vitta alba: posticis pallidis basi strigaeque atris, antennis fuscis.



*Sphinx Gallii* Schieff. Prodr. pag. 42.

*Sphinx sexta* Scheff. Icon. tab. 78. fig. 1. 2.

*Sphinx francofurtana* Pallas Spicileg. XI.

Roef. Inf. 3. tab. 6. Larua.

De Geer Inf. 2. p. 236.

Habitat in Germaniæ Galio.

Nimis affinis *S. Euphorbiæ*. Differt tamen antennis vix apice albis, abdominis punctis dorsalibus albis alisque subtus obscurioribus.

*Pluto* 22—23. SPHINX alis integris virescentibus: posticis fuscis fascia fulua, abdomine subtus aureo.

Habitat in America meridionali D. Spengler.

Corpus medium supra virescens capite thoraceque linea laterali cinerea. Abdomen linea dorsali punctorum aureorum. Pectus & abdomen subtus aurea. Alæ anticæ supra virescentes obscuro subfasciatæ lituraque apicis alba. Subtus virescentes basi subflauescentes. Posticæ fuscae fascia lata fulua, subtus flauescentes striga fusca atomisque virescentibus. Apex alæ virescit.

*Melas* 2—3. SESIA alis fenestratis: margine atro, abdomine cyaneo basi atro: cingulis tribus flavis.

*Sphinx Melas* Cramer Inf. 4. tab. 45. fig. G.

Habitat Surinami.

Magnitudo *S. Hylas*. Antennæ subfiliformes.

formes. Caput flavum. Thorax niger lineis duabus thoracem cingentibus flavis. Abdomen basi atrum fasciis tribus flavis, apice cyaneum segmentorum marginibus atris. Alæ omnes fenestratæ margine postico atro.

1—2. ZYGAENA atra, alis anticis viridibus maculis tribus oblongis approximatis sanguineis, posticis rubris. *Pythia*

*Sphinx secunda* Schæff. Icon. tab. 16. f. 4. 5.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Affinis Z. Filipendulæ. Antennæ clavatæ, atræ. Corpus villosum, atrum. Alæ anticæ virides maculis tribus elongatis, approximatis, sanguineis ad basin 2. 1. Posticæ sanguineæ margine cyaneo. Subtus concolores.

1—2. ZYGAENA cyanea, alis anticis viridibus punctis quinque rubris, posticis sanguineis immaculatis. *Fulvia*

*Sphinx quinta* Schæff. Icon. tab. 71. fig. 1.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Nimis affinis Z. Filipendulæ. Antennæ extrorsum crassiores, atræ. Thorax cyaneus, albo maculatus. Abdomen coerulescens, immaculatum. Alæ anticæ virides maculis quinque sanguineis duabus baseos connatis. Margo parum albicat. Posticæ sanguineæ, immaculatæ. Subtus concolores.

5—6. ZYGAENA atra, alis anticis cyaneis punctis quinque sanguineis subocellatis, posticis rubris: limbo nigro. *carniolica*





*Sphinx carniolica* Scop. Ent. 478.

*Sphinx septima* Schæff. Icon. tab. 81. f. 4. 5.  
Habitat in Austria.

Thorax albo maculatus. Maculae alarum annulo albo cinctae, postica transuersa. Abdomen atrum rarius cingulo postico sanguineo.

*Bromus*

10—10. ZYGAENA ferruginea, alis hyalinis: margine omni nigro.

*Sphinx Bromus* Cram. Inf. 3 tab. 35. f. G.  
Habitat Surinami.

Antennae pectinatae. Corpus totum obscure ferrugineum, immaculatum. Alae hyalinae margine omni nigro.

*Helymus*

14—15. ZYGAENA atra, abdomine lineis tribus aureis.

*Sphinx Helymus* Cram. Inf. 1. tab. 2. fig. D.E.  
Habitat Surinami.

Antennae vix pectinatae, atrae. Alae atrae, supra immacolatae, subtus linea posticarum baseos aurea. Abdomen atrum supra lineis tribus latis aureis.

*Eriphia*

16—17. ZYGAENA virescens, alis posticis atris: fascia alba, antennis pectinatis.

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Antennae fuscae pectinatae. Caput & thorax obscura. Abdomen virescens vtrinque puncto baseos albo, subtus striis duabus albis. Alae anticae supra virescentes, immacolatae, subtus virescentes margine interiori

ri





ri albedo. Posticæ supra atræ vitta lata alba. Subtus virentes, immaculatæ.

19—20. ZYGAENA alis atris: anticis fascia obliqua testacea. *Eryn-*  
*nis*

Habitat Surinami Dr. Schulz.

Statura Z. glaucopis. Antennæ atræ. Corpus atrum, immaculatum. Alæ anticæ atræ fascia obliqua testacea. Posticæ atræ, immaculatæ. Subtus concolores at basi coeruleo nitidissimæ. Abdomen subtus lineis duabus punctorum albidorum.

21—22. ZYGAENA alis flavo hyalinis apice fuscis, corpore auro maculato. *cauda-*  
*ta*

*Sphinx coarctata* Cram. Inf. 1. tab. 4. f. F. G.

Drury Inf. 2. tab. 17. fig. 2. Fæmina.

Seba Mus. 4 tab. 25. fig. 17. Fæmina.

Pall. Spicil. Zool. 11. tab. 2. f. 8. Mas.

Habitat in America meridionali.

Media. Antennæ pectinatae. Corpus fuscum linea thoracis dorsali maculisque plurimis abdominis aureis. Alæ concolores flavo hyalinæ margine fusco. In anticis etiam macula centralis fusca. Cauda maris corpore longior, villosa.

8—9. BVMBYX alis patentibus caudatis *Semi-*  
versicoloribus puncto fenestratis: caudis *ramis*  
longissimis.

*Phalaena Semiramis* Cram. Inf. 2. tab. 13. f. A.

Habitat in Sacharo Americæ meridionalis.

Magna. Alæ basi flavæ apice versicolor-



res puncto triangulari fenestrato. Posticæ basi fulvæ puncto orbiculari fenestrato. Caudæ corpore triplo longiores, fuscæ apice albæ.

*Penelope* 10—11. BOMBYX alis patentibus flavescentibus fusco irroratis ocelloque centrali fenestrato.

*Phalaena Penelope* Cram. Inf. 4. tab. 45. f. A.  
Habitat in India.

Magna & crassa. Antennæ pectinatæ apice setaceæ. Thorax ferrugineus. Abdomen flavescens segmentis basi ferrugineis. Alæ omnes concolores, flavæ fusco irroratæ Striga angulata baseos & alia recta transversa fuscæ. Macula centralis fenestrata annulo nigro cincta & præterea in anticis puncta duo parva & fere obsoleta fenestrata.

*Thyrr-bea* 10—11. BOMBYX alis patentibus griseis strigis albis ocelloque centrali atro: pupilla fenestrata.

*Phalaena Thyrr-bea* Cram. Inf. 4. tab. 46. f. A.  
Habitat ad Cap. B. S.

Corpus magnum, ponderosum. Antennæ pectinatæ. Thorax griseus antice striga alba. Abdomen subtestaceum. Alæ anticæ griseæ strigis duabus albis: anteriore baseos valde flexuosa, posteriore versus marginem posticum duplicata, vndata. Inter strigas ocellus magnus ater iride alba pupillaque fenestrata. Posticæ basi testaceæ apice griseæ strigis duabus, altera baseos angulata, altera versus



versus apicem duplicata, vndata. Ocellus inter strigas ater iride flavescente pupilla fenestrata.

60—61. BOMBYX alis deflexis flauissimis: <sup>sulphu-</sup> strigis duabus obliquis obscurioribus. <sup>rea</sup>

Habitat in Germania de Hattorf.

Magnitudo B. curtulæ. Corpus totum flauissimum. Alæ anticæ itidem flauæ strigis duabus, quarum anterior a medio marginis crassioris versus basin marginis tenuioris, posterior ponemedium marginis crassioris ad angulum ani ducitur. Alæ posticæ immaculatæ.

64—65. BOMBYX alis deflexis subdentatis <sup>Gnomia</sup> cinereo albis: vitta marginali atra; macula alba.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Statura & magnitudo omnino N. Verbasci. Antennæ filiformes, vix pectinatae. Thorax griseus striga antica posticaque nigris. Alæ anticæ niuæ ad marginem tenuiorem cinereæ vitta atra, in qua a margine postico macula atra ascendit. Versus apicem marginis crassioris macula fusca lineolis duabus atris maculaque alba. Subtus griseæ. Posticæ albidæ, subtus macula ad marginem anteriorem fusca. Abdomen griseum ano albo.

69—70. BOMBYX alis compresso adscen- <sup>com-</sup> dentibus niueis: macula communi fusca, <sup>pressa</sup> centrali grisea: lunula alba.



Habitat in Germania.

Parua in hoc genere. Antennæ simplices, fuscæ. Alæ valde compressæ postice ascendentes, niueæ anticis macula communi magna fusca & in medio macula magna transuersali grisea lunula parua niuea. Versus marginem posticum lunula fusca & margino ipse fuscus. Alæ posticæ niueæ. Subtus anticæ griseæ, posticæ niueæ.

Ingr-  
bris

83—84. BOMBYX alis deflexis flauis riuulis punctisque atris: posticis fuscis.

*Phalaena sulphuralis* Linn. Syst. Nat. 2. pag. 881. 333.

Schaff. Icon. 1. tab. 9. fig. 14. 15. mal.

Habitat in Germania.

Statura B. Plantaginis. Alæ anticæ deflexæ flavescentes lineis duabus latis apicem haud attingentibus ad marginem tenuiorem, in medio puncta duo & ad marginem crassiorem tria, versus apicem denique strigæ duæ e punctis concatenatis atris. Posticæ fuscæ margine tenuissime albo. Subtus omnes variegatæ.

Tar-  
quinus

86—87. BOMBYX alis deflexis? cinereis macula media atra: linea ramum exferente alba.

*Phalaena Tarquinus* Cram. Inf. 1. tab. 4. fig. B. C.

Habitat Surinami.

Sequenti duplo minor. Antennæ pectinatæ





nata. Caput & thorax atra, immaculata. Abdomen rufum. Alæ anticæ cinereæ atomis paucis nigris maculaque media triangulari atra, quæ linea vniramosa alba in tres diuiditur. Posticæ rufæ macula media atra fasciisque duabus obscurioribus.

86—87. BOMBYX alis deflexis? anticis nigris linea hamata inter strigas duas albas. *Tarquinia*

*Phalaena Tarquinia* Cram. Inf. 1. tab. 4. fig. A.

Habitat Surinami.

Affinis præcedenti differt tamen colore alarum anticarum abdomineque nigro annulis rubris.

95—96. BOMBYX alis incumbentibus griseo-fuscis: punctis duobus nigris distantibus. *Colens*

Habitat in Germania de Hattorf.

Magnitudo B. Furculæ. Antennæ nigrae pectinatae. Palpi nigri. Thorax hirtus griseus. Pectus albidum. Alæ planæ incumbentes obscure griseæ punctis duobus nigris altero ad basin altero pone medium. Subtus obscuræ puncto medio fusco.

99—100. BOMBYX alis conuolutis atris, *Umber* fronte abdomineque fuluis.

*Phalaena Umber* Cram. Inf. 2. tab. 15. fig. F.

Habitat Surinami.

Antennæ pectinatae. Alæ atræ posticis basi pallidioribus.

106—7. BOMBYX alis incumbentibus atris annulatis, *annulata* tibiis albo annularis.





Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Caput & thorax nigra albo variegata. Abdomen griseum. Alæ anticæ atræ basi macula alba nigro punctata, tunc litura marginis tenuioris strigis duabus nigris. In medio fascia lata ad marginem tenuiorem interrupta ad crassiolem bifida alba. Versus apicem striga vndata, quæ ad marginem crassiolem macula ovata terminatur. Subtus fusca margine albo punctato.

*fulmi-  
nea*

106 — 7. BOMBYX alis incumbentibus griseo fuscoque variegatis, thorace antice albo striga nigra.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Antennæ pectinatae ferrugineae. Thorax griseus antice albus striga tenui nigra. Ad latera vtrinque lunula alba. Alæ anticæ basi albidæ lituris nigris, tunc griseæ, in medio fascia lata fusca, quæ antice posticeque a striga vndata alba includitur. Maculae ordinariæ albidæ in hac fascia. Alæ apice griseæ striga vndata nigra. Posticæ griseæ.

*Boleti*

21 — 22. NOCTVA lævis alis depressis planis fusco irroratis, antennis pectinatis.

Habitat Kilonii in Boletis versicolore.

Parua statura Tineæ at palpi huius generis. Antennæ parum pectinatae. Alæ anticæ cinereæ atomis maculisque fuscis numerosis, posticæ fusca margine crassiori cinereo.

*vire-  
scens*

27 — 28. NOCTVA lævis alis deflexis virescentibus: strigis tribus saturatoribus.

Habi-



Habitat in Americæ Insula st. Crux.

Media. Corpus virescens. Antennæ linguaque ferrugineæ. Palporum superior articulus brevis. Alæ anticæ virescentes strigis tribus obliquis saturatoribus. Posticæ albæ margine postico litura ferruginea. Subtus omnes albæ.

33—34. NOCTVA lævis, alis deflexis *ci-<sup>Robo-</sup>*  
neris: strigis duabus vndatis albis, ma-<sup>ris</sup>  
cula centrali niuea: lunula nigra.

Roef. Inf. 1. Phal. 2. tab. 50.

Habitat in Germaniæ Quercu.

Media. Antennæ fetaceæ, simplices. Strigae alarum albæ fusco marginatæ.

*Larua* glabra viridis vtrinque lineis duabus longitudinalibus flavis.

*Puppa* nigra.

42—43. NOCTVA lævis, alis deflexis *monilis*  
brunneis: punctis quatuor approximatis  
albis, antennis pectinatis.

Habitat in Anglia.

Antennæ ferrugineæ, pectinatae. Caput & thorax ferruginea. Abdomen pallidum. Alæ anticæ brunneæ puncto medio obscuro & ad marginem tenuiorem puncta quatuor approximata transuersim posita alba, quorum 1, 3. minora. Versus apicem itidem puncta quatuor flavescentia at obsoleta. Posticæ pallidiores subtus striga obscuriore.

50—51. NOCTVA lævis, alis lanceolatis *lanceo-*  
cinereis: anticis fusco irroratis. *lata*

Habi-



Habitat in Germania Dr. Schulz.

Antennæ longitudine corporis nigræ apice albæ. Alæ lanceolatae acutæ, cinereæ anticis fusco irroratis, posticis immaculatis.

vimi-  
nalis

67—68. NOCTVA cristata, alis incurventibus: basi fuscis; strigis vndatis fulvis, apice cinereis.

Roef. Inf. 3. tab. 11.

Habitat in Germaniæ Salice.

Margo posticus alarum nigro punctatus.

Larva virescens lineis quinque longitudinalibus strigisque albis.

Puppa vix folliculata, brunnea.

eque-  
straria

11—12. PHALAENA pectinicornis, alis angulatis: anticis fuscescentibus fascia lata flava, posticis flavis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Alæ anticæ angularæ fuscæ in medio fascia flava. Posticæ angulato-dentatæ flavæ apice obscuriores. Subtus anticæ flavescentes puncto medio nigro, apice obscuræ margineque flavo variegato. Posticæ obscuræ basi pallidæ punctoque medio nigro.

ilyria

17—18. PHALAENA pectinicornis, alis angulatis viridibus: anticis strigis tribus fuscis.

*Phalaena Ilyrias* Cram. Inf. 1. tab. 10. fig. E.

Habitat Surinami.

Anus rufo barbatus. Alæ subtus ferrugineæ.

15—16. PHALAENA pectinicornis alis <sup>moni-</sup>  
dentatis viridibus: striga punctorum ni- <sup>laria</sup>  
grorum, posticis puncto duplici albo.

Habitat in India Dr. Fothergill.

Alae dentatae virides. Anticae in medio puncto nigro, pone medium striga e punctis nigris. Posticae in medio puncto gemino albo & apice striga e punctis nigris. Subtus omnes plumbeae. Faemina fere feticornis.

24—25. PHALAENA pectinicornis, alis <sup>vora-</sup>  
flavis fusco irroratis: anticis apice nigris. <sup>ria</sup>

Habitat in Europa.

Alae omnes vtrinque flavae atomis plurimis fuscis irroratae. Margo posticus alae anticae supra late niger.

Variat rarius absque margine alarum anticarum.

26—27. PHALAENA pectinicornis, alis <sup>prosa-</sup>  
lutescentibus atomis strigisque tribus fu- <sup>piaria</sup>  
scis: tertia maculari.

*Phalaena prosapiaria* pectinicornis alis lutescentibus: fasciis vtrinque duabus saturatoribus Linn. Syst. Nat. 2. 864. 222. Fn. Sv. 1252. Clerk. Icon. Phal. tab. 3. f. 1.

Vdm. diff. 66.

Habitat in Europae nemoribus.

Striga anterior reliquis latior, media ad marginem crassiolem bifida, tertia macularis. Margo alarum punctatus.





*hirta-  
ria* 30—31. PHALAENA pectinicornis, alis  
cinereis: striga fusca undata albae innata.

Habitat in Europae pratis syluaticis.

Antennae pectinatae, fuscae. Alae anti-  
cae cinereae in medio striga obsoleta fusca  
& versus apicem alia dentata albae innata.  
Margo posticus nigro punctatus.

*ditaria* 33—34. PHALAENA pectinicornis, alis  
viridibus: maculis marginalibus ferru-  
gineis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Antennae pectinatae, cinereae rachi alba.  
Alae anticae virides strigis obsoletis albis &  
macula magna ferruginea ad apicem margi-  
nis tenuioris. Posticae rotundatae virides  
margine albido striga tenuissima nigra. Ma-  
cula magna ferruginea ad angulum ani & al-  
tera ad apicem marginis tenuioris. Subtus  
omnes pallidae.

*margi-  
naria* 40—41. PHALAENA pectinicornis, alis  
albidis puluerulentis: omnibus striga mar-  
ginali punctorum nigrorum.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Duplex est varietas; altera alis albidis an-  
ticis strigis tribus posticis striga punctoque  
centrali fuscis; altera alis flavidioribus apice  
obscuris, posticis puncto centrali fusco. Con-  
ueniunt veropunctis nigris marginalibus di-  
stinctis vtrinque in omni ala.

*Cynara* 47—48. PHALAENA seticornis, alis angu-  
latis





latis fusco albo nigro fuluoque variis:  
posticis subtus albis.

*Phalaena Cynara* Cram. Inf. 2. tab. 14. fig. C. D.

Habitat Surinami.

49—50. PHALAENA feticornis, alis emar-*sinuata*  
ginato-griseis: punctis duobus fuscis in-  
ter strigas albas.

Habitat in Germania.

Affinis *P. falcatae*. Corpus griseum capi-  
re fusco. Alae anticae apice emarginatae  
griseae strigis duabus flexuosis altera ante,  
altera pone medium albis vtrinque fusco ter-  
minatis. In medio puncta duo approxima-  
ta, fusca. Emarginatura alae fulva. Posti-  
cae griseae striga alba punctoque centrali fu-  
sco. Subtus omnes rufescentes puncto nigro.

49—50. PHALAENA feticornis, alis angu-*manta*  
latis fuscis: fascia obscuriore; anteriorum *ta*  
puncto ocellari atro.

*Phalaena Manto* Cram. Inf. 1. tab. 10. fig. F.

Habitat Surinami.

Alae valde angulatae. In centro alae an-  
ticae punctum atrum iride ferruginea.

54—55. PHALAENA feticornis, alis den-*obscu-*  
tatis griseis: strigis pallidioribus vndatis *rata*  
obsoletis.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Media. Alae omnes valde dentatae, gri-  
seae strigis indistinctis pallidioribus. Basis  
alae anticae fuscescit.



*nitata* 55—56. PHALAENA feticornis, alis subdentatis obscure griseis: subtus pallidioribus puncto fasciaque fuscis.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Parua. Alae omnes supra vndatae, obscure griseae punctis aliquot minutissimis fere obsoletis nigris. Subtus omnes cinereae puncto centrali fasciaque vndata fuscis.

*equestrata* 65—66. PHALAENA feticornis, alis omnibus nigris: fascia fulva.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Antennae crassae, filiformes, nigrae. Corpus nigrum. Alae rotundatae, concolores, nigrae fascia lata fulva, quae tamen marginem anteriorem alae anticae haud attingit.

*coeruleata* 67—68. PHALAENA feticornis, alis obscure viridibus fulco fasciatis fasciisque duabus coeruleis.

Habitat Hamburgi.

Antennae fuscae. Caput & thorax virescentes. Abdomen cinereum. Alae anticae obscure virescentes fasciis strigisque fuscis. Ad basin fascia obliqua ad marginem tenuiorem dilatata & in medio altera latior laete coerulescentes. Pedes pallidi tibiis nigro annulatis.

*grisata* 72—73. PHALAENA feticornis, alis griseis: anticis striga fascia punctoque fuscis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Antennae cinereae. Alae anticae griseae striga

striga baseos fasciaque lata postica fuscis. Punctum fuscum ante fasciam. Ala pone fasciam obscurior. Posticae griseae fascia lata fusca, in qua punctum nigrum & pone fasciam obscuriores. Subtus omnes griseae puncto centrali strigaque postica fuscis.

77—78. PHALAENA feticornis, alis plum-<sup>fm-</sup>beis: fascia lata fusca flauo marginata. <sup>briata</sup>

*Phalaena XIII* Schaeff. Icon. 1. tab. 80. f. 6. 7.

Habitat in Germania Dr. Schuiz.

Punctum centrale paruum atrum in fascia lata fusca.

77—78. PHALAENA feticornis, alis griseo <sup>quadri-</sup>fuscis: fascia lata nigra; puncto subocel <sup>fascia-</sup>lari nigro. Linn. Fn. Sv. 1253. <sup>ta</sup>

Habitat in Europae pratis suluaticis.

Alae subtus albae puncto centrali strigisque nigris.

79—80. PHALAENA feticornis, alis albi-<sup>riiula-</sup>dis: fasciis duabus nigris: posteriore ter-<sup>ta</sup>minali.

Habitat in Germania Dom. de Hattorf.

Caput & thorax fusca. Abdomen cinereum dorso fasciculis duabus erectis, breuibus. Alae anticae basi albae litura marginis crassioris fusca. In medio fascia subfinuata fusca, pone hanc alae albae litura marginis crassioris obsoleta, fusca. Margo posticus fuscus striga punctorum nigrorum. Posticae obscurae. Subtus anticae fuscae maculis ob-



soletis albis, posticæ albæ puncto centrali fasciisque duabus fuscis.

*Cen- tumno- tata* 83—84. PHALAENA seticornis, alis ferrugineo fuscoque variis: fascia media grisea C. atro notata.

*Phalaena centumnotata* Naturf. 6. tab. 4. fig. 4.

Habitat in Germania.

Rustica media statura P. Chenopodiatae.

*lunula- ta* 84—85. PHALAENA seticornis, alis fuscis postice strigis undatis flavis.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Media. Corpus fuscum. Alæ anticæ fuscae margine antico flavo punctato. Versus marginem posticum strigæ tres e lunulis flavis, quarum anterior macula maiori terminatur. Margo ipse flavo punctatus. Posticæ fuscae apice strigis tribus undatis margineque postico punctis flavis. Subtus omnes basi cinereæ, apice obscuriores strigis pallidis.

*mediu- ta* 89—90. PHALAENA seticornis, alis omnibus griseo undatis puncto centrali fusco margineque nigro punctato.

Habitat in Germania D. de Hattorf.

Affinis P. punctatae. Alae omnes cinereae strigis undatis obsoletis obscurioribus.

*centra- ta* 90—91. PHALAENA seticornis, alis flavescentibus fusco undatis: anticis puncto centrali nigro.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Anten-





Antennae breues, albae. Alae anticae flavescentes fasciis plurimis anastomosantibus obscurioribus punctoque centrali nigro. Posticae rotundatae flavescentes fasciis vndatis plurimis fuscis. Subtus concolores at obscuriores.

92—93. PHALAENA feticornis, alis omnibus purpureis maculis margineque flavis. <sup>variegata</sup>

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Corpus fuscum cauda flavescente. Alae anticae purpureae macula magna media margineque postico flavis. Posticae purpureae puncto centrali margineque flavis. Subtus concolores at obscuriores.

99—100. PHALAENA feticornis, alis atris albo maculatis, ano rufo. <sup>Melata</sup>

*Phalaena Melite* Cram. Inf. 2. tab. 18. fig. D.

Habitat in America boreali.

Caput & thorax atra. Abdomen atrum albo maculatum ano rufo. Alae fasciis anticarum tribus posticarum duabus macularibus albis.

107—8. PHALAENA feticornis, alis flavissimis fusco punctatis subtus immaculatis. <sup>elevata</sup>

Habitat in America meridionali.

Paullo maior P. indicata. Corpus flavescens. Alae anticae flavissimae punctis numerosis sparsis fuscis. Posticae flavissimae punctis paucioribus fuscis. Margo posticus omnis alae ciliis argenteis. Subtus omnes flavae, immaculatae.





*Lecana* 7—8. PYRALIS alis plumbeis: lineolis tribus maculaque magna apicis ferrugineis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Statura P. vncanæ at duplo minor. Corpus fuscum. Alæ plumbeæ. Lineola marginalis a basi ad medium ducta, altera versus marginem tenuiorem a basi ad angulum ani ducta, tertia in medio a centro ad maculam apicis. Punctum paruum inter lineolam secundam tertiamque. Macula apicis orbiculata.

*pallidana*

9—10. PYRALIS alis pallide flavis: strigis duabus obliquis ferrugineis.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Alæ anticæ pallide flauæ in medio strigis duabus obliquis, tenuissimis, rufis. Pone has lineolæ aliquot abbreviatæ, ferrugineæ.

*seruana*

15—16. PYRALIS alis anticis fuscescentibus: macula centrali fulua, basi flavis.

Habitat in Germania Dom. de Hattorf.

Magnitudo P. ministranæ. Alæ anticæ basi flauæ, medio fuscae macula magna centrali fulua apice fere auratæ ciliis niueis maculaque fusca. Posticæ cinereæ.

*asperana*

35—36. PYRALIS alis anticis basi albis apice fuscis scabris.

Habitat Kilonii de Sehestedt Hamburgi Dr. Schulz.

Media. Corpus fuscum. Alæ anticæ basi albæ, immaculatæ, apice fuscae punctis eleuatis atris scabræ. Posticæ cinereæ.



35—36. PYRALIS alis anticis pallidis: *dupla-*  
punctis duobus approximatis baseos nigris. *na*

Habitat Kilonii Dom. de Scheffedt.

Statura omnino P. asperanæ. Caput cum  
antennis cinereum. Alæ albidæ apice paul-  
lo obscuriores. Ad marginem tenuiorem  
baseos puncta duo oblonga, approximata  
at tamen distincta. Alæ subtus cineræ.

47—48. PYRALIS alis atris: macula mag- *Sche-*  
na communi, strigis atomisque coerule- *sted-*  
scenti argenteis. *na*

Habitat in Chilonii Alnetis Dom. de  
Scheffedt Norwagus Historiæ na-  
turalis cultor felicissimus.

Statura & magnitudo P. Fabricianæ. An-  
tennæ albo nigroque annulatæ. Thorax  
& abdomen atra, immaculata. Alæ anti-  
cæ atræ basi & ad marginem crassiorem  
atomis plurimis coeruleiscenti argenteis, ni-  
tidissimis. In medio macula magna, com-  
munis, coeruleiscentis. Postice strigæ duæ in-  
terruptæ ad marginem tenuiorem coeuntes  
coeruleiscenti argenteæ. Margo posticus ci-  
liis albis. Alæ posticæ atræ margine crassio-  
ri albo. Pedes nigri tarsis albo annulatis.

49—50. PYRALIS alis testaceis fasciis pun- *Schul-*  
ctisque argenteis, medioque litura atra. *ziaia*

Habitat in Germania Dr. Schulz Ham-  
burgus.

Magna in hoc genere. Alæ anticæ testa-



ceæ basi punctis aliquot argenteis, tunc fascia duæ argenteæ ad marginem crassio- rem bifidæ & inter has litura duplicata atra punctis tribus argenteis fere obsoletis, apice fascia interrupta argentea. Alæ subtus nigricantes maculis costalibus flavis. Posticæ cinereæ.

*Lunda-  
na* 53 — 54. PYRALIS alis basi fuscis linea semicirculari pallida, apice auratis: margine crassiori nigro pallidoque striato.

Habitat in Chilonii Quercu Dom. Lund. Norwagus Botanicus eximius & Entomologus oculus.

Magnitudo & statura P. striganæ. Alæ anticæ linea lata semicirculari alba a basi marginis crassioris ad medium marginis tenuioris ducta, maculam dorsalem atram includens. Pone medium fere auratæ striga obliqua obsoleta, argentea. Margo crassior strigis pallidis nigrisque variegatus apice acuminatus, ater. Margo posticus ciliis albis. Alæ posticæ fusæ.

*appla-  
na* 56 — 57. PYRALIS alis depressis fuscis: punctis tribus centralibus albis.

Habitat Chilonii Dom. de Sehestedt.

Palpi recurui, medio crassiores, apice acuti. Alæ anticæ cinereo fusæ punctis tribus minutissimis albis in centro vna pone alteram positus, quorum anterie puncto paruo atro terminatur. Margo exterior apice striatus. Subtus cinereæ.



3—4. *TINEA* alis oblongis griseis, anten-<sup>spissi-</sup>  
narum articulis duobus inferioribus in-<sup>cella</sup>  
crassatis.

Habitat Chilonii Dom. Lund.

Antennæ corpore breviores articulo primo secundoque incrassatis, distinctis, pubescentibus. Thorax postice cristatus, cinereus. Alæ griseæ medio pallidiores punctis aliquot distinctis nigris.

29—30. *TINEA* alis niueis: arcu communi <sup>arcella</sup>  
maculisque duabus marginalibus fuscis.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Parua. Caput & thorax niuea, immaculata, pilosa. Alæ anticæ niueæ basi ad marginem crassiolem macula oblonga, ante medium arcus dorsalis communis & in medio macula ouata ad marginem crassiolem fuscis. Versus apicem puncta aliquot indistincta fusca. Subtus cinereæ.

33—34. *TINEA*. alis linearibus testaceis; <sup>elong-</sup>  
antennis mediocribus. <sup>gella</sup>

*Phalaena elongella* Linn. Syst. Nat. 2. 890.

285. Fn. Sv. 1436.

Habitat in Europæ nemoribus.

34—35. *TINEA* alis anticis linearibus fu-<sup>cylin-</sup>  
scis: maculis tribus flavis. <sup>drella</sup>

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Media, elongata. Caput flavescens antennis pallidis. Thorax fuscus dorso flavescente. Alæ anticæ elongatæ, lineares, in-





cumbentes, fuscae maculis tribus magnis, oblongis, flavis. Alae subtus flavae. Pedes flavi fusco annulati.

*bipunctella* 38—39. TINEA alis fusco cinereis: puncto marginali albo.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Parua. Antennae filiformes. Caput & thorax fusca s. obscure cinerea. Alae obscurae in medio lineola e punctis tribus nigris punctoque ad marginem crassiore alb. Posticae vti omnes subtus cinereae.

*sulphurella* 45—46. TINEA fusca, capite thorace alarumque basi maculaque costali sulphureis.

Habitat in Germania Dr. Schulz.

Media. Palpi inflexi, corniformes. Caput & thorax sulphurea, immaculata. Alae fusco auratae basi maculaque magna costali sulphureis. Maculam hanc circulus coeruleus nitidus, tenuissimus cingit. Apex alae albicat.

*Seppella* 52—53. TINEA alis auratis: strigibus duabus argenteis.

Habitat in Anglia Dom. Yeats.

Minuta. Corpus nigrum antennis brevibus. Alae anticae auratae, nitidae strigibus duabus rectis argenteis. Posticae auro nitidae.

*Cramella* 64—65. TINEA alis pallide argenteis postice fuscis maculis marginalibus argenteis punctoque terminali atro.

Habitat in Anglia Dom. Yeats.

Minu-





Minuta. Alae anticae pallidae, postice obscuriores maculis argenteis nouem, quarum 5 ad marginem crassiore 4 ad tenuiorem. Macula secunda transuersalis longior fere coit cum macula secunda marginis tenuioris. Apex alae terminatur puncto subocellari atro. Posticae cinereae, immaculatae.

1—2. ALVCITA alis pallide auratis vitta dorsali niuea: fascia aurea. *ephip-  
pella*

Habitat in Europa Dr. Schulz.

Parua. Alae pallide auratae vitta lata communi dorsali niuea, in qua fascia lata aurea.

8—9. ALVCITA alis niueis: maculis duabus marginalibus fasciaque media nigris, capite albo. *niueella*

Habitat in Anglia Dom. Yeats.

Magnitudo A. granellae. Corpus cinereum capite albo. Alae anticae niueae macula oblonga marginali baseos nigra. In medio fascia obliqua videntata & versus apicem macula parua marginalis nigra. Alae posticae cinereae.

10—11. ALVCITA alis fusco cinereis punctis nigris eleuatis scabris. *scabrella*

*Phalaena scabrella* alis albis: dorso nigro striatis exasperatis, palpis spinosis  
Linn. Syst. Nat. 2.891.396. Fn. Sv. 1446.

Habitat in Europa boreali.

Puncta alarum nigra in strigas disposita.

12—13. MEMBRACIS thorace inermi fer- *mutio*  
rugi-



rugineo: postice producto carinato longitudine abdominis.

Habitat in America boreali.

Corpus obtusum, ferrugineum. Thorax inermis lineis tribus cinereis, obsoletis, postice productus eleuato carinatus litura marginali strigaeque postica cinereis, obsoletis. Elytra obtura. Pedes ferruginei.

*con-*  
*spurca-*  
*ta* 10—11. TETTIGONIA atra, elytris basi flauo maculatis, ano flauo.

Habitat in India Dr. Fothergill.

Corpus paruum supra nigrum abdomine subtus anoque flauescens. Elytra atra basi flauo maculata. Alæ atræ.

*Quer-*  
*cus* 36. CICADA flauescens, elytris basi sanguineis, apice fusco maculatis.

Habitat in Quercu frequens in prædio nobilissimi comitis Holk Ekhoft dicto.

Minuta. Caput & thorax flauescens oculis nigris. Elytra itidem flauescens maculis quatuor oblongis sanguineis. Apex macula magna dentata fusca. Alæ albæ.

*coleop-*  
*trata* 2. SIGARA elytris totis coriaceis fuscis: margine exteriori fusco.

Habitat in Chilonii aquis Dom. de Sehestedt.

S. striatæ affinis, at quadruplo minor. Caput cum rostro flauum, immaculatum. Thorax fuscus, postice rotundatus. Elytra tota coriacea, fusca margine exteriori flauescens.

scente. Pectus & pedes pallida. Abdomen nigrum.

1—2. ACANTHIA nigra, elytris coriaceis <sup>Zoster.</sup>  
abdomine longioribus, apice hyalino <sup>rae</sup>  
striatis.

Habitat Chilonii ad littora maris velocissime supra Zosteras & Fucos cursitans. Dom. Lund.

Duplo minor A. littorali. Caput nigrum antennis breuibus oculisque prominulis. Elytra coriacea, corpore longiora apice lineolis quatuor margineque hyalino diaphanis. Corpus nigrum pedibus flavescentibus.

1—2. ACANTHIA aptera, elytris coriacea <sup>coriacea</sup>  
griseis.

*Cimex grylloides* apterus niger, elytris ouatis margine luteis abdomine breuioribus Linn. Syst. Nat. 2. 717. 13.

Habitat Chilonii Dom. Lund.

Magnitudo A. lectulariæ. Antennæ nigrae articulis duobus anterioribus crassioribus. Thorax & elytra grisea. Corpus & pedes atra.

135—36. CIMEX oblongus niger, scutello <sup>sexguttatus</sup>  
maculisque tribus elytrorum flauis.

Habitat in Europa.

Caput nigrum orbita oculorum flavescente. Thorax ater linea dorsali punctoque vtrinque marginali flauis. Scutellum flauum. Elytra læuia nigra macula oblonga bascos flaua,



flava, secunda in medio marginis tenuioris & tertia apicis quæ terminatur puncto atro. Corpus atrum.

*roseus* 138 — 39. CIMEX oblongus sanguineus, capite elytrorumque apicibus albis, alis fuscis. Habitat in Germania Dr. Schulze.

Paruus. Caput albidum. Thorax, scutellum & elytra sanguinea. Elytra apice albidia. Alæ fuscae. Femora sanguinea. Tibiæ albidæ nigro punctatae.

*oliua-  
ceus* 144 — 45. CIMEX oblongus, elytris fusco ferrugineis apice coccineis puncto atro, antennis apice capillaribus.

Cimex quatuor antennarum articulis tertius Schæff. Icon. 1. tab. 13. fig. 2.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Caput glaucescens antennis rufis articulis apice nigris, capillaribus. Thorax oliua-ceus, antice nigricans. Scutellum nigrum margine rufo. Elytra obscura, ferruginea apice coccinea puncto atro. Corpus nigrum.

*spissi-  
cornis* 147 — 48. CIMEX oblongus niger, pedibus flavis, antennis incrassatis apice capillaribus.

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Antennæ crassæ, nigrae, apice capillares, pallidiores. Corpus nigrum elytris immaculatis. Alæ coerulescentes. Pedes pallide flavescentes.

*latera-  
lis* 148 — 49. CIMEX oblongus niger, lateribus albidis. Habi-





Habitat Kiliæ Holfatorum Dom. Lund.

Antennæ fetaceæ, nigræ. Caput nigrum orbita oculorum maculaque frontali pallidis. Thorax niger, nitidus lineis tribus flavescentibus. Scutellum nigrum linea longitudinali flauicante. Elytra nigra lateribus albidis. Abdomen nigrum vtrinque linea laterali magna flaua. Pedes nigri.

*Variat rarius thorace immaculato.*

148 — 49. CIMEX oblongus viridis imma-<sup>pabuli-</sup>  
culatus, alis hyalinis. <sup>nus</sup>

*Cimex papulinus* oblongiusculus flavescenti viridis totus Linn. Syst. Nat. 2. 727. 83. Fn. Sv. 947. Scop. Carn. 132.

Habitat in Europæ pratis.

153 — 54. CIMEX oblongus virescens fasciis *Tiliae*  
tribus fuscis: media angulata.

Habitat in Tiliis Holfatiæ Dom. Lund.

Antennæ fetaceæ, nigræ articulo secundo basi apiceque pallido. Caput & thorax viridia linea laterali nigra. Scutellum viride punctis duobus paruis versus apicem nigris. Elytra viridia fasciis tribus atris anteriore abbreviata, media antrorsum angulata, postica latiore. Pedes albo nigroque annulati.

162 — 63. CIMEX fuscus, alis abbreviatis, *Filum*  
pedibus longissimis.

Habitat in India Dr. Fothergill.

Antennæ longitudine corporis. Thorax cylindricus, linearis, fuscus. Abdomen elon-





elongatum, cylindricum, fuscum. Pedes longissimi pallidi annulis fuscis.

*cinctus* 5—6. REDVVIVS rufescens, antennis pedibusque flauo nigroque annulatis.

Habitat in America boreali.

Rostrum arcuatum, flauescens dorso basaeos annulis duobus apiceque nigris. Antennæ nigræ articulo primo annulis tribus secundo duobus flauis. Caput flauescens vertice nigro puncto flauo. Thorax rufescens antice angustatus vtrinque dente breui, concolore, postice dente vtrinque fere obsoleto nigro. Scutellum & elytra rufescentia, immaculata. Abdomen rufescens margine eleuato nigro variegato. Pedes annulis nigris flauescensque alternis.

*Diadema* 11—12. REDVVIVS niger, capite thoraceque spinosis.

Habitat in America boreali.

Antennæ fuscae. Caput nigrum postice attenuatum rostro arcuato spinisque plurimis erectis validis armatum. Thorax niger lobo antico spinis erectis plurimis validis armato, postice vtrinque unidentatus. Elytra fusca. Abdomen nigro flauoque varium margine eleuato acuto. Pedes nigri femoribus tibiisque anticis spinosis.

*Achilleae* 12—13. APHIS flauescens, abdomine viridi, antennis pedibusque albidis.

Habitat in Achillæa millefolio Holsatiæ.

Anten-



Antennæ filiformes, albidæ. Alæ albidæ.  
Anus, stylus & cornicula albida.

12—13. APHIS fusca, abdomine virescente, antennis pedibus corniculisque nigris. *Millefolii*

Habitat in Achillæa Millefolio Kilonii.

Caput & thorax fusca, immaculata. Abdomen viride lateribus albido subfasciatis. Cornicula stylusque nigra. Pedes nigri. Alæ compressæ, obscuriores.

15—16. APHIS Fraxini excelsioris. *Fraxi.*

*Aphis Fraxini* nigro viridique variegata *ni*

Geoff. Inf. 1. 494. 2.

Habitat in Fraxini excelsioris ramis.

Caput & thorax nigra. Abdomen viride segmentorum marginibus nigris. Antennæ pedesque variegati.

22—23. APHIS Aegopodii podagrariæ. *Aegopodii*

*Aphis Aegopodii* Scop. Carn. 399.

Habitat in Aegopodii podagrariæ foliis.

Corpus nigrum abdomine rostro pedibusque pallidis.

26—27. APHIS Papaueris somniferi. *Papaueris*

Habitat Kiliæ in Papauere somnifero.

Caput nigrum antennis pallidis. Corpus nigrum stylo corniculisque pallidis. Pedes nigri interdum pallidi geniculis nigris. Alæ pallidæ costa fusca. Juniores obscure virescentes.

2—3. CHERMES Pyri communis Linn. *Pyri*

Syst. Nat. 2. 737. 4. Fn. Sv. 1004.

Habi-



Habitat in Pyri communis foliis.

Corpus paruum, griseum striis laterali-  
bus albidis.

*Perficæ* 6—7. CHERMES Amygdali Perficæ.

*Chermes* Perficæ oblongus Geoff. Inf. 1.  
506. 4. Reaum. Inf. 1. fig. 1. 2.

Habitat in Amygdali Perficæ ramis.

Corpus oblongum, ferrugineum.

1—2. COCCVS Indarum arborum.

*Aoni-*  
*dum.* *Coccus Aonidum* Linn. Syst. Nat. 2. 739. 2.

Habitat in Asiæ arboribus semperviren-  
tibus.

Corpus minus atro purpurascens.

*Betulae* 6—7. COCCVS Betulæ albæ Linn. Syst.  
Nat. 2. 740. 7. Fn. Sv. 1017.

Habitat in Betula alba.

Corpus minutum, albidum.

*Carpini* 6—7. COCCVS Carpini Betuli Linn. Syst.  
Nat. 2. 740. 8. Fn. Sv. 1018.

Habitat in Carpino Betulo.

*Caprea* 8—9. COCCVS Salicum. Linn. Syst. Nat.  
2. 741. 14.

Habitat in Salicibus.

Corpus ouatum, testaceum.

*Zostera* 14—15. COCCVS Zosteræ marinæ.  
*ra* Habitat in Zostera marina maris balthici.

Corpus paruum, orbiculatum, album,  
depresso-planum.

*minu-*  
*tissima* 2—3. THRIPS elytris corporeque glaucis,  
oculis



oculis fuscis Linn. Syst. Nat. 2. 743. 3. Fn. Sv. 1028.

Habitat in Europæ floribus.

I. OESTRVS griseus, facie alba nigro-punctata. *buccatus.*

Habitat in Carolina Dom. Yeats.

Facies albida, buccata punctis aliquot nigris, nitidis. Vertex grisea. Thorax griseus lateribus pallidis. Abdomen griseum, nigro-punctatum. Alæ fuscescentes squamis halterum elongatis, rotundatis, fuscis.

3—4. BIBIO nigra tomentosa, abdomine *æneo.*

Habitat in Germania de Hattorf.

Statura omnino Syrphi ruficornis, at antennæ filatæ huius generis, nigræ, extrorsum crassiores apice subulatæ, albæ. Labium obscure flavescens. Thorax tomentosus, obscurus. Abdomen æneum tomento ferrugineo pubescens. Pedes pallidi femoribus nigris.

II. STRATIOMYS scutello inermi atro, *matica* abdomine niueo apice atro.

Habitat in Germania de Hattorff.

Statura præcedentium at parua. Caput atrum fronte puncto albo. Thorax niger. Halteres albi. Abdomen niueum apice atrum anotamen albido. Pedes pallidi.

5. RHAGIO thorace lineato, abdomine ni- *lineata* gro, alis hyalinis macula apiceque fuscis.





*Tipula lineata* Syst. Ent. 754. 43.

Habitat in Anglia.

Antennæ cylindricæ, incuruæ, longiores quam in reliquis. Pedes antici elongati, nigri.

*tipuli-*  
*formis*

6. RHAGIO fuscus, alis albis apice nigris.

Habitat in Germania de Hattorff.

Præcedentibus minor. Antennæ breues, cylindricæ. Corpus totum cinereo fuscum, immaculatum. Alæ latæ, explanatæ, albæ margine postico late nigro.

*musci-*  
*rans*

2 — 3. SYRPHVS antennis plumatis tomentosus, thorace fuluo, abdomine virescente.

Habitat in nemoribus Holsatiæ de Sehestedt.

Magnitudo S. bombylans. Os atrum fronte flaua. Antennæ ferruginæ seta plumata. Thorax tomentosus, fuluus. Abdomen ouatum, pubescens, virescens fusco-obsolete fasciatum. Alæ magnæ albidæ basi parum rufescentes & in medio macula magna costali fusca. Pedes nigri femoribus posticis elongatis incuruis.

*afil-*  
*formis*

18 — 19. SYRPHVS antennis setariis, thorace tomentoso flauescente, abdomine atro: segmento primo secundoque albicantibus.

Habitat in Germania de Hattorff.

Antennæ clauatæ ferruginæ seta nigra.

Labium



Labium flavum punctis tribus nigris. Thorax tomentosus, flavescens. Abdomen nigrum segmento primo toto, secundo basi albidis. Pedes nigri tibiis flavescentibus. Femora postica elongata, incurva.

36—37. SYRPHVS antennis setariis æneus <sup>metal-</sup>nitens, antennis nigris. <sup>lina</sup>

Habitat in Germania.

Totum corpus, æneum, nitidum, immaculatum. Antennæ breves, setariæ, nigrae. Abdomen dorso plano. Alæ basi ferrugineæ.

7—8. TABANVS oculis fasciatis niger, ab- <sup>pellu-</sup>dominis primo segmento coerulefcente, <sup>cens</sup>tibiis candidis.

Habitat in Germania de Hattorf.

Antennæ porrectæ, filiformes, nigrae. Caput nigrum fronte villofo, albo. Oculi in mortuo nigri, at fascias obscuriores video. Abdomen atrum primo segmento coerulefcente macula media supra fusca, subtus pellicida. Reliqua segmenta supra immaculata subtus vtrinque macula coerulefcente puncto paruo nigro. Pedes nigri tibiis candidis.

17—18. TABANVS oculis . . . ferrugi- <sup>bideus</sup>neus, abdomine vtrinque maculis duabus flavis, scutello bidentato.

Habitat in Austria Dr. Schulz.

Caput paruum ferrugineum oculis magnis nunc atris. Thorax gibbus, ferrugineus,



neus, vix lineatus. Scutellum concolor dentibus duobus approximatis validis. Abdomen ferrugineum segmento primo macula dorsali fusca, secundo tertioque vtrinque macula marginali flava. Pedes ferruginei.

*bispinosus*

17—18. TABANVS oculis - - - fuscus, abdomine ferrugineo basi nigro, scutello bidentato.

Habitat Goettingæ Dr. Schulz.

Thorax pubescens, fuscus, sublineatus. Scutellum bidentatum, nigrum. Abdomen ferrugineum primo segmento nigro, reliquis ferrugineis macula dorsali nigra, lateralibus flavis obsoletis.

*Ephepium*

5—6. ASILVS hirsutus ater, thorace basi albo.

Habitat in Germania de Hattorf.

Caput hirtum, atrum antennis connatis. Thorax ater basi hirsutiae alba. Abdomen atrum. Alæ fuscae. Pedes nigri plantis piceis.

*violaceus*

10—11. ASILVS hirsutus ater, abdomine violaceo.

Habitat in Germania de Hattorf.

Corpus totum pilis erectis rigidis hirtum, atrum. Abdomen ovatum, violaceum, nitidum. Alæ fuscae.

*muscaria*

1—2. STOMOXYS antennis setariis pilosa nigra, abdominis segmento secundo tertioque rufis.

Habitat

Habitat Hamburgi Dr. Schulz.

Corpus Muscæ brassicariæ simillimum, at rostrum huius generis. Caput flavescens antennis nigris. Thorax pilosus, niger, sublineatus. Abdomen cylindricum, nigrum segmento secundo tertioque rufis linea dorsali nigra. Alæ basi parum rufescentes squama halterum fornicata, lactea.

3—4. EMPIS nigra, tarsis anticis incrassato ouatis. *maxis*

Habitat Chilonii supra aquas stagnantes choreas innumeras instituens.

Haustellum rectum vix inflexum longitudine proboscidis. Vagina emarginata. Antennæ articulis inferioribus brevissimis, rotundatis, ultimo longiori setaceo. Corpus nigrum, immaculatum. Pedes nigri tarsis anticis incrassatis, ouatis. Alæ albæ costa dimidiata fusca.

*Femina* pedibus simplicibus.

11—12. PEDICVLVS abdomine marginato: segmentis vtrinque punctis duobus *Buteonis* impressis.

*Pediculus maximus* Scop. Ent. 1036.

Habitat in Falcone Buteone.

Corpus fuscum. Thorax lævis lineis tribus longitudinalibus nigris. Abdomen ouatum.

16—17. PEDICVLVS' albus, abdomine *Orioli* linea dorsali fusca.

*Pediculus dolichocephalus* Scop. carn. 1039.



Habitat in Coracia Oriolo.

Glaber, lævis, albus. Caput elongatum.

*Phasia-  
ni* 29—30. PEDICVLVS capite ouato mag-  
no, abdomine globoso obtuso.

Red. Oper. I.

Habitat in Phasiano Motmot.

Corpus medium. Caput magnum, oua-  
tum, obtusum. Thorax breuissimus. Ab-  
domen magnum, globosum.

*Mozacilla* 32—33. PEDICVLVS capite cordato rufo,  
abdomine albo basi attenuato.

*Pediculus albiventris* Scop. Carn. 1051.

Habitat in Motacilla Troglodyte.

*Gryl-  
lotalpa* 33—34. PEDICVLVS sanguineus, pedi-  
bus albis.

*Pediculus rostratus* Scop. Carn. 1052.

Habitat in Acheta Grylotalpa.

Rostrum elongatum, inflexum, nigrum.  
Corpus sanguineum, immaculatum.

*Redu-  
vius* 3—4. ACARVS obouatus planus: macula  
baseos obouata. Linn. Syst. Nat. 2. 1022. 3.

Fn Sv. 1966. It. oel. 62. 126.

Acarus Raj. Inf. 9.

Habitat in Europæ Bobus, Canibus

Nimis affinis A. Ricino videtur.


*aureo-  
latus* 7—8. ACARVS obouatus fuscus, lineolis  
duobus maculaque postica palmata viridi  
aureis.

*Acarus aureolatus* Pall. Spicil. Zool. fasc. IX.

p. 41. tab. 3. fig. 10.

Habitat in America.













PROPERTY OF  
Z. P. METCALF

